A 493243

Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest

Digitized by Google



AS
182
.M961

Digitized by Google

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN PRIMUM.

EDIDIT

ACADEM. SCIENTIAR. ELECT.

MONACHII

TYPIS ACADEMICIS,

CIↃ IↃ CC LXIII.


MAXIMI
BC
PIO. F
PA
MONVMI
A
INCLYT.
AI
ACADE
GR

PRÆFATIO.

Paucis te morabimur, Lector! Siſtimus tibi curarum noſtrarum circa monumenta gentis noſtræ, primitias; memoriæ æternæ OPTIMI PRINCIPIS, commodoque poſterorum, dicatas.

Superfluum foret, heic rationes inire inſtituti noſtri. Sancitum eſt legibus, quas Academiæ ſuæ ſcripſit MAXIMILIANUS IOSEPHUS: id agamus, ut Annales, Diplomata, aliaque Bojorum Monumenta, undique collecta, quantocius typis evulgentur, &

145770

quod Hundius noſter, vir privatus, ingenti molimine orditus eſt opus, junctis jam viribus multorum publica auctoritate perficiatur.

Scilicet noverat Auguſtus Muſarum Boicarum Reſtaurator, quam avide ſemper excepta fuerint volumina, quotquot eorum res Bojorum ex Inſtrumentis ſolennibus autoribusque coævis illuſtrarent, quantoque pridem deſiderio expectarint viri ſummi, ut tandem aliquando monumenta gentis antiquiſſimæ, quæ ſola ex univerſis Germaniæ populis compagem primævam legesque avitas ac per mille ferme annos eandem imperii formulam retinuit, è tenebris protraherentur: fiducia macti, latitare in illis documenta eximia juris Germaniæ tam publici quam privati, & immenſum rerum domeſticarum apparatum.

His annuit votis OPTIMUS PRINCEPS, ipſumque, quod jam manibus teris, volumen felici-

felicibus auſpiciis emiſſum, argumento tibi eſſe poteſt, quantum debeas propenſo ILLIUS in bonas literas animo, SUÆQUE in majores pietati.

Nil habemus, quod de methodo, quam in colligendis edendisque monumentis noſtris adhibuimns, ediſſeramus. Negleximus ob graviſſimas rationes ordinem alphabeticum, quo monaſteria Boica recenſuit Hundius. Agmen eorum apud nos ducunt Garſenſe ac Augienſe Canonicorum regularium, Atilenſe atque Rotenſe ſodalium D. Benedicti cœnobia: quæ omnia leviſſime attigerunt celeberrimi autores metropleos Salisburgenſis. Hinc etiam jure ſuo poſtulare à nobis viſa ſunt monaſteria nobiliſſima, ut ea præ omnibus aliis largiore manu pertractaremus: nec minus ad rem noſtram facere credidimus, ſi falcem primam in illam meſſem miſerimus, quam uberrimam fore nihil non ſuadebat: quin etiam,

quod præcipue mente noſtra hærebat, monaſteria præfata, utpote Oeno vicina, iterùm quodammodo ſternebant nobis ad provincias Oenum inter, Trunnam ac Anaſum ſitas properantibus, ubi Domus Auguſtæ incunabula quærenda eſſe nulli omnino dubitamus.

Reſtat, ut publicè profiteamur, quam egregiè de nobis meruerint RR. DD. Præpoſiti Garſenſis & Augienſis, nec non RR. DD. Abbates Atilenſis atque Rotenſis cœnobiorum. Garſenſis quidem Præſul Ioſephus, ubi primum ſocii noſtri exhibuerunt literas, quibus munierat illos illuſtriſſimus Academiæ Boicæ Præſes, Excellentiſſimus Comes Emanuel Tœrring in Jettenbach & Cronsfeld, humaniſſime ſubminiſtravit omnia, quæ Garſæ ſuperſunt, monumenta, feralibus incendiis tribus ſurrepta. Augienſis vero Præpoſitus Franciscus Xaverius, deſideriis noſtris obviam ire ſatagens, ultro obtulit præſtititque

maio-

maiora, quam quæ votis precibusque expetere auſi fuiſſent noſtri. Atilam deinceps delatos eo affectu ſuscepit fovitque Dominicus Abbas, ut facile agnoscéres ſodalem principem ordinis ſacri, unde prodierunt Mabillonii, Pezii, Beſſelii, Bouqueti &c. Scilicet, non ſuæ ſolum Eccleſiæ monumenta ferè univerſa fidei noſtræ perquam generoſè commiſit; verum etiam dux & autor factus itineris Rotam ſuscepti, favorem ac benevolentiam R. Abbatis Benedicti adeò conciliavit noſtris, ut inde quoque reverſi ſint ſpoliis opimis onuſti.

Noſti jam Lector! nomina virosque, quorum humanitate ac amore in bonas literas ſuffulti, mandata OPTIMI PRINCIPIS cœpimus adimplere; neque ullum nobis eſt dubium, quin altero collectionis noſtræ volumine, quod menſe Martio anni ineuntis prodibit, alia aliorum præſulum nomina iisdem laudibus nobis futura ſint celebranda. Sic

tan-

tandem orbem literarium universum firmissimis argumentis convincemus, Bajoariis nostris eadem adhucdum esse ingenia, animosque eosdem, qui duobus abhinc seculis majoribus eorum fuère, cum Aventinus facem præferret quibusvis historiarum studiosis; Hundius vero ac Gewoldus exemplar præberent Sammartanis fratribus operis immortalis, Galliæ Christianæ.

Nil te moramur, Lector! Vale! Multum conatibus nostris fave, & quotiescunque ex illis aliquid commodi vel utilitatis perceperis, pius fausta quævis precare MAXIMILIANO IOSEPHO. Dab. Monachii, in ipso die votivo D. Maximiliani IV. Id. Octobr. A. R. S. MDCCLXIII.

MO-

MONUMENTA GARSENSIA.

Digitized by Google

MONUMENTA GARSENSIA.

PRÆFATIO.

Gars ſive Garze nobile eſt Cœnobium Canonicorum regularium D. Auguſtini, ſitum in Toparchia Landishutana, medios inter anfractus montium, quibus Oenus fluvius, Waſſerburgum emenſus, antequam Mühldorffio allabatur; perpetuo fere jugo a læva ripa cingitur.

Origines ejus, ſeu potius vitæ aſceticæ heic loci primordia, Aventinus, Hundius, Gewoldus, & poſt alios omnes Franciſcus Petrus Wettenhuſanus a); ex pervetuſta traditione, monumentis Salisburgenſibus conſecrata, ad Boſonem quendam Presbyterum retulêre, qui regnante apud Bajoarios Taſ-

filone Duce, Sacellum ibi condidiſſe fertur, atque initium feciſſe vincendæ loci aſperitatis. Ipſam vero Canoniam, quæ hodienum floret, Seculo XI. ad finem vergente, fundaſſe perhibentur Comites Meglingenſes, illuſtri proſapia orti, ac late circa Oenum dominati: ad quos etiam, vicini Garſenſibus, Canonici Augienſes ſua grati referunt incunabula.

Nos ſane his, at quantis, viris eo libentius adſtipulamur, quod Meglingenſes Comites hæreditario jure fuerint advocati perpetui Garſenſis æque ac Augienſis Monaſterii: interque plurima medii ævi monumenta, quæ apud Garſenſes noſtros ſuperſunt, haud unum ex Seculo XI. reperiatur: nec faſti præſulares ultra Eberwinum aſcendant, qui circa an. 1129. eccleſiam hancce gubernavit b).

Cæterum Garſenſis Eccleſia B. Mariæ Virgini ac ſanctæ Radegundæ dicata, ad Archidiœceſin ſpectat Salisburgenſem: interque decora ejus primo loco eminet dignitas Archidia-

chidiaconalis ejusdem Metropoleos, quæ ipsi inde à Seculo XII. jure perpetuo adhæsit. Limites Archidiaconatus Garsenſis, nominaque ac situm parochiarum illi adscriptarum, exhibemus Tabula I. adjunctis in margine insigniis Reverendissimi præpositi Josephi. Deprehendes in illa parochiam Sewen, quæ licet in media fere diœcesi Frisingensi sita sit, ad eam tamen nequaquam spectat; neque vero alii cuiquam Cathedræ subest, solam Garsenſis præpositi autoritatem in Sacris advertens.

Historiam Garsenſis Canoniæ studio haud vulgari, intermistis hinc inde monumentis aliquot, condidit, quem supra laudavimus, Franciscus Petrus Wettenhusanus. Superfluum ergo æque foret in re pridem acta denuo desudare, ac instituti nostri rationi adversaretur, Historiam texere, qui materiis texendæ historiæ congerendis solummodo inhæremus.

Sufficiat igitur heic ſubjunxiſſe ſeriem Prælatorum, a Franciſco Petro concinnatam, exque monumentis noſtris auctam, ſuppletam, continuatam.

Reſtat ut paucis ineamus rationem monumentorum ipſorum, quæ pro ſuo in bonas artes, ac ſtudia noſtra favore, ſumma humanitate nobiscum communicavit Reverendiſſimus Præpoſitus JOSEPHUS, Archidiaconus natus Eccleſiæ Salisburgenſis, ac Academiæ Electoralis Bojcæ membrum honorarium.

Primo loco veniunt pervetuſtarum traditionum Garſenſium dodecades octo. Exhibet eas Codex membranaceus optimæ notæ, Seculo XIII. ineunte exaratus; inque anno 1220. deficiens, quem quidem jam noverat Hundius. Hunc traditionum codicem damus integrum, notulisque, ubi res maxime poſtulare videbatur, illuſtratum.

Sequitur Diplomatarium miſcellum, quatuordecim cartis abſolutum, quarum alias integras

tegras damus, alias, quæ minus in receſſu habere videbantur, ſuperflua ſui parte truncas.

Agmen monumentorum Garſenſium claudit Codex Epiſtolaris; continens variorum Bajoariæ Ducum, Epiſcoporum, aliorumque virorum illuſtrium ac privatorum epiſtolas ſexaginta varii argumenti, circa an. 1340. congeſtas, & in unum volumen, ad uſum Decani Garſenſis, redactas. Qui vero Codex cum haud alio fini ſit collectus, quam ut cartarum epiſtolarumve formulas præſto haberet bonus Decanus; in epiſtolis fere omnibus notas ſiglasve temporum, ac nomina propria perſonarum locorumque operoſe omiſit compilator inficetus: ita quidem, ut haud ſine difficultate maxima inde erui queant veritates hiſtoricæ, magno numero in plerisque earum latitantes. Eruimus tamen nonnullas; nonnullas levi manu attigimus: omnes judicio ac induſtriæ Lectoris benevoli commendamus. Id unum vero nobis dari poſcimus, ne quis irrideat operæ, quam in deſcribendis procuratoriis, aliisque id genus monumentis, collocavi-

locavimus. Perſuaſum nobis erat, hæc omnia permultum conducere, ad cognoſcendum ordinem judiciarium, qui Seculis XIII. & XIV. apud noſtrates obtinebat: cum a priſca juris morumque ſimplicitate jam deſciviſſent tribunalia ſacra, triças juris Canonici ac Juſtinianei nimis ambitioſe amplexa.

a) in *Germania Canonico Auguſtiniana, opere poſthumo*, in *Collection. ſcriptor. rer. Hiſtorico Monaſtico-Eccleſiaſticarum Michaelis Præpoſiti Wengenſis* tom. IV. pag. 131. ſeqq.

b) MEICHELBECK Hiſtor. Friſing. tom. I. pag. 308.

SERIES DD. PRÆPOSITORUM GARSENSIUM.

Eberwinus a. 1129.
Hugo circa 1140.
* Eppo I.
Henricus I. circa 1163.
Fridericus I. circa 1168.
Egelolphus † 1177.

Johan-

Johannes I. 1177.
Bertholdus I. circ. 1189.
Adulanus ſ. Adelwinus c. 1205.
Heinricus II. c. 1219.
Fridericus II. † 1239.
Eppo II. circa 1250.
Udalricus c. 1270.
* Heugerus a. 1291.
Conradus I. † 1307.
Thomas I.
Jacobus I. a. 1311.
Gundacker † 1317.
Sigefridus † 1326.
Hartniedus † 1330.
Bertholdus II. † ante 1337.
Stephanus II. † 1349.
Thomas II. † 1364.
Jacobus II. † ante 1367.
Albertus † 1381.
Zacharias circ. 1383.
Jacobus III. circ. 1390.
Jacobus IV. † 1420.
Conradus II. 1435.
Thomas III. † 1455.

Chriſtianus 1459.
Johannes II. 1469.
Johannes III. † 1494.
Jacobus V. res. 1510.
Johannes IV. † 1516.
Joachimus dep. 1516.
Sebaſtianus reſ. 1533.
Caſpar reſ. 1533.
Valentinus † 1540.
Georgius I. † 1556.
Georgius II. † 1591.
Michael † 1620.
Petrus † 1645.
Vbaldus † 1648.
Athanaſius † 1698.
Gelaſius † 1742.
Paulus reſ. 1751.
JOSEPHUS. 1758



MONUMENTA GARSENSIA.

CODEX TRADITIONUM.

NUM. I. GEPPENHAYM CIRCA AN. 1130.

Notitie omnium commemoramus, qualiter quidam nobilis homo, nomine *Werinherus de Geppenheim* coram *Cunone* a) advocato ſine omnium mortalium contradictione, tradidit predium ſuum ſuper novale ſitum, quo tunc erwinus & frater ejus entzimannus inhabitabant, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum, ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis. Hujus rei teſtes ſunt idem *Cuno*, & *eius filius Cuno*. Pernhart & Willihalm frater ejus. Gebehart. *Dietrich de Slouingin*. Eppo. Cunrat. Pabo. Rupert. Sigihart. *Eppo de Kirhdorf*. Luitiwin, Wezil. *Adalpreht de Emphingin*. *Aſcwin* & *ejus filius Aſcwin de Hohinhuſe*. *Volcholt & filius eius Volcholt*, *Rudperht de Aſchowe*. *Willihalm de Puche*. *Heribert*, *Volcholt de Friheim*. *Engildie*

de Perge. Pertolt de Walde. Arnolt. Cunrat. Rudolf. Meribot. Sachſo. Adelo de Megilingin. Rudiger & frater ejus Gebehart. Erwin. Vdalric. Wernhart. Hezil. Truunt. Dietmar.

a) CUNO DE MEGLINGEN filius uti quidem videtur, vel potius nepos Cunonis de Meglingen, qui circa an. 1077., extincta gente Rotenſi, Palatinatum Bajoariæ adeptus eſt.

NUM. II.

Sub eisdem teſtibus idem predictus *Wernher de Geppinheim*, quod nouerint tam futuri, quam preſentes, tradidit Erwinum, ſi liosque ſuos Wilihalmum. Erwinum. Ottonem. Heinricum. Engilbertum. Cunradum. Pertholdum. Fratrem quoque predicti Erwini, Enzimannum, tradidit filiosque illius Pertholdum. Erwinum, Willihalmum, Heinricum, Fridericum & fratrem Erwini & Enzimanni videlicet Pertholdum cum filiis ſuis Erwino, Willihalmo, Engilberto quoque & *Richilda ſorore eorum, que libertatem ſuam fornicando polluit, amiſit*, & filium ejus Engilbertum. Hos omnes, una cum omni virilis ſexus poſteritate, delegavit ſuper altare ſancte Marie, ſancteque Radegundis, ea conditione, ut poſt ejus obitum annuatim quinque numos perſoluant, ſub quo ſcilicet numorum jure ei deſerviebant. nec tamen eosdem perſolvere cogantur, quam ad annos diſcretionis peruenient. ſi autem per legitimos annos ſoluere noluerint, & per duos aut tres annos neglexerint, niſi perſoluant predictum tributum, comunione ſancte eccleſie careant, donec ſtatuta perſoluant. Nec tamen anteceſſorum ſuorum iure priuentur. *filie autem illorum libere permaneant cum omni feminei ſexus poſteritate: niſi forte adulterio uel fornicatione polluantur. ſi que autem inter eas adulterio vel fornicatione polluantur ad nullam tamen aliam ſervitutem redigantur, niſi quod eadem uirili ſexus lege teneantur* b).

b) Singulare exemplum ſervitutis pœnæ. Sed notes velimus differentiam juris Garzenſium ac Rotenſium ſervorum. Apud Garzenſes liberæ

beræ eſſe jubentur fœminæ ſervire mares: apud Rotenſes vero ſerviunt fœminæ, liberi ſunt mares &c. vid. infra.

NUM. III. MEGLING. CIRCA AN. 1140.

Idem *Wernherus* quadam uice nimia infirmitate detentus, in caſtello *Megilingin*, ad maiorem confirmationem prioris teſtimonii, *iuniori Cunoni* advocato eadem predia & mancipia in fidem ſuam fideliter predicte Eccleſie tuenda commendauit. Hoc autem factum in preſentia *Heroberti* a) Owenſis præpoſiti, & fratris ſui Luitheri, & *Hugonis Garzenſis prelati*, & Pernhardi fratris ſui, Arnolphi, Volcholdi, Sazonis & Erwini; multisque aliis preſentibus.

c) Hi teſtes indicant annum quo peracta eſt donatio: HERIBORDUS etenim Awenſis præpoſitus Eccleſiam iſtam rexit ab an. 1129. uſque 1154. Hugo Garzenſem circa an. 1140.

NUM. IV. ISINA circa AN. 1140.

Pateat tam future, quam preſenti etati, qualiter quidam miniſterialis Eccleſie Salzburgenſis, nomine *Avran de Iſona*, pro remedio anime ſue & omnium predeceſſorum ſuorum tradidit omnia predia ſua, Iſina, Owe, Erniſtingin, Rorbach. duas uineas Vinterberc & cetera predia ſua, ſuper reliquias ſancte Marie, ſancteque Radegundis, in communem uſum fratrum in eodem loco Deo ſervientinm. Hoc autem factum eſt coram uenerabili Cunrado Salzburg. d) archiepiſcopo. Ipſe autem archiepiſcopus petitione ipſius Avran capellam eodem predio Iſana fundatam, & omnia ad ea pertinentia tradidit, & confirmauit ſuper easdem reliquias ſancte Marie ſancteque Radegundis preſentibus multis religioſis perſonis: abbate uidelicet Balderico de ſancto Petro, & prepoſito Gebone ſancti Rudberti, & præpoſito Gerhoho de Richersberge, & capellano Heinrico multisque aliis fratribus. Hu-

ius autem traditionis teſtes ſunt Megingoz pincerna, Sigboto, Megingoz filii eius. Adalbero dapifer. & filius eius Turinch. Otkoz. Luittolt. Dietmar. Wiſint. Luttiwin. Heribort. Heinrich. Megingoz. Adalbert. Arintt. Marcwart. Gerloch. Volcholt.

d) Conradus I. qui ab An. 1106 - 1147. præfuit.

NUM. V. IDEM circa AN. 1140.

Secunda uice idem predictus *Avran* ad maiorem confirmationem auxit numerum teſtium, tradens predicta predia & capellam ſuper altare ſancte Marie, ſancteque Radegundis, & confirmauit in manu *Hugonis* eiusdem clauſtri prepoſiti, & in manu aduocati *Cunonis* iunioris, & pro tributo quinque numorum iterum recepit. Huius traditionis teſtes ſunt *Adalbert de Gern. Adalbert de Moſiburch.* Wernher. Willihalm. Rudolf, & filius eius Rudolf. Volcholt. Arnolt. Cunrat. & Cunrat. Et Siboto ſueuus. Adelo. Richer. Meriboto. Sahſo. Ougo. Wolholt. Gotfrid. Adalbert. Heinrich. Wolfram. Wernhart. Luttolt. Sigihart. Ekirich. Vdalrich. Quando autem filius ſuus *Adelo* Garze eſt ſepultus, eandem de prediis predictis fecit legationem, & pro tributo quinque numorum iterum recepit. Huius legationis teſtes ſunt Luitwin. Heinric. Engildio. Pernolt. Adalbert. Wetzl. Rudiger. Heinric. Richer. Liutolt. Dietmar. Meinhart. Wolfram. Wernhart. Aziman. Gotpert. Menhart. Cuno.

NUM. VI. circa AN. 1140.

Noverit tam futura, quam preſens etas, qualiter quidam miniſterialis nomine *Rapoto de Lengnimos* delegauit predium nomine Holzheim, ſicut delegatum fuit in manus ejus a quodam ſocio ſuo miniſteriali Eccleſie Ratisbonenſis *Hezelo* & à filio eius *Adalberto de Gebensbach* ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis. Huius rei teſtes ſunt, *Cuno aduocatus.* Rapoto. Vdal-

rich

rich filius uicedomini. Wernher. Volcholt. Arnolt. Ortwich. Paldewin. Hartmuch. Peringer. Eberhart. Einwic. Willihalm.

NUM. VII. circa AN. 1140.

Notum ſit cunctis fidelibus qualiter quidam miniſterialis Eccleſie ſalisburgenſis *Lutwinus de Gebeningin* delegavit predium, quod ſitum eſt apud Rorbach queſitum & inquirendum rogatu *Aframi de Iſna* in preſentia aduocati Cunonis ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis. Huius rei teſtes ſunt *Wernher de Geppinheim. Cuno de Snettſe. Heribort de Friheim. Wolkolt de Friheim. Cunrat de Wolfgangiſperch. Rudolph de Richersheim. Erwin. Wernhart. Luitholt.*

NUM. VIII. DECIME. circa AN. 1140.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Cunradus Dei Gratia Salisburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus e). Quia diuinis monitis fideles eccleſiaſticarum rerum diſpenſatores eſſe frequenter ammonemur, Sanctorum loca, prout potuimus, alicuius doni honore ſtuduimus ſublimare. Inſtinctu ergo diuino, Cleri & *populi noſtri conſilio* tradidimus ſuper reliquias ſancte Marie ſancteque Radegundis in loco, qui dicitut Muldorf, omnes decimas de noualibus Garzenſis foreſti inter Bramberch, & Hollinſtein, nec non & ſiluam Eichovve in communiem uſum canonicorum ibidem Deo ſeruientium. Huius tradicionis teſtes ſunt. *Engilbert marchio* f). *Engilbert Hallenſis comes* g). *Sifrid Comes. Cuno aduocatus & filius ejus Cuno. Friderich de Huniſberch. Heinrich de Secirchin. Meingox pincerna* & filius ejus *Sigboto.* Olkoz. Adalbero & filius ejus Turinch. Liutolt. Wiſint. *Heribort de Friheim.* Wolcholt & Wolcholt, & filius eius Wolcholt. *Luitwinus de Emphingin. Wolfram de Offinwanc.* Engildio. Gotifrit. Cunrath. Adelo. Sefrit. Starchant. Aſram. Wernhart & frater eius Rudiger.

ger. Heinrich. Heinrich. Gotifrid. Ogo. *Wezil de Emphingin.* Gotifrit. Adalbert. Rudiger. Pernolt. Walther. Arnolt. Arnolt & filius eius Dietmar. Pruno & frater eius Wernher. Rupert & frater eius Heinrich. Lampret & Wernher. Arnolt & Richer & Rupert.

e) Conradus I. a. 1147. defunctus.

f) Istriæ, ex gente Krayburgensi.

g) ex gente Wasserburgica; vid. inter Owensia monumenta, chartam a. 1147.

NUM. IX. circa AN. 1140.

Notum sit cunctis Christum confitentibus & defendentibus, quod quidam nobilis uir nomine *Wernherus de Geppinheim* delegauit Wentilmuotem, filiasque eius Richildam, Friderunam, Luicardam, omnemque posteritatem earum tam uirilis quam feminini sexus, super altare sancte Marie sancteque Radegundis in honore domini nostri Jesu Christi & omnium sanctorum, pro quinque denariis annuatim soluendis. Si vero tres annos tribuere neglexerint, & in quarto reddere contempserint, cotidie seruiant predicto altari fratribusque ibidem Deo seruientibus. Huius rei testes sunt. *Hartwich*, & *Otto* prædicti *Wernheri filii.* Rudiger. Gebehart. Drwin. & Erwin. Otto. Heinrich. Erwin. Siwoto. Pernhart. Heinrich. Etzil. Egilolf. Weinhart. Vdalrich. Engilbert. Willihalm. Eberhart.

NUM. X. FRIHAYM ET PERHAYM.

Notum sit omnibus in Christo fidelibus. Quod quidam Comes nomine *Waltherus* tradidit prædia sua *Friheim* & *Perchheim* nominata, quæsita, & inquirenda cum mancipiis ad altare sancte Marie sancteque Radegundis ea ratione, ut fratribus ibidem seruientibus deseruirent pro ipsius suique parentum remedio. Hoc

autem

autem in presentia *Cunradi* aduocati commissum est. Huius rei testes sunt Aribo. Wolfrid. Udalric. Aribo. Marcbart. Rembret. Reginwart. Raffolt. Marcbart. Adalwart. Dietmar. Marcbart. Mazile, & alii quamplurimi.

NUM. XI. RUPRECHTSHAIM.

Notum sit tam futuris, quam presentibus. quod quidam frater noster nomine Pabo predium suum *Rupretsheim* delegauit per manus aduocati Cunonis ad altare sancte Marie sancteque Radegundis & tria mancipia. Reinhart. Eppo. Gotta & omnem posteritatem eorum pro redemptione eius & omnium debitorum suorum. Testes Cuno. Rudiger. & frater eius Otto. *Cunrat de Albinsheim & frater eius Anzo. Cunrat de Rammisue & frater eius Wolcholt. Gotschale & Reinhart. de Pernheim.* Engildie. Eppo. Adalbert. Wernhere.

NUM. XII. LIUBINBERC.

Pateat cunctis fidelibus, qualiter quidam *Sifridus* ministerialis Ecclesie sancti Rutpeati tradidit predium suum Liubinberc, & mancipia, quorum nomina sunt hec. Rilint. Hiltiburc. Riziwib cum posteritate earum ad altare sancte Marie sancteque Radegundis pro remedio anime & hoc in presentia aduocati Cunonis actum est. Huius rei testes sunt. Rudiger. Timo. Cunrat. Timo. Engilbert. Eppo. *Ebo de Leimingin & frater eius Marcwart. Einwic de Hopfkartingin. Arnolt de Liubraſtorf.* Adalbert. Odalrich. Pertolt. *Marwart* de *Stadalarn.*

NUM. XIII. MEGILINGIN.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod uenerabilis præpositus nomine *Eppo* h) tradidit predium suum Megilingin uocatum cum basilica atque uniea quesitum & inquirendum

ad altare ſancte Marie ſancteque Radegundis in fratrum ibidem Deo militantium ſeruicium in preſentia *aduocati Cunonis* & hi ſunt teſtes. Aribo. Meinhart. Raffolt. Herrant. Mazile. Luipolt. Sacco. Marcwart. Engilman. Nortwich. Volcholt. Rudolf.

h) Epponem hunc præpoſitum ignoravit *Franciſcus Petrus*. Laudat quidem ille in Catalogo præpoſitorum Garzenſium *Epponem*, qui circa An. 1250. floruit. Hunc vero diverſum eſſe a noſtro ſuadent multa: *Cuno advocatus* in cujus præſentia donatio *Epponis* peracta eſt, cum Cunonum Meglingenſium proſapia An. 1250. pridem fuerit extincta: locus quem documentum N. 13. inter chartas Seculi XII. occupat, cum codex noſter ordine fere chronologico ſit diſpoſitus: ipſa denique ſcriptura, quæ initia potius Seculi XIII. quam medium ſapit. His moti rationibus *Epponem* hunc primum diximus, tertiumque in ſerie Præpoſitor. Garſenſium locum ipſi aſſignavimus.

NUM. XIV. ANAGERINGIN.

Cognitum ſit cunctis credentibus in Chriſto, quendam honorabilem presbiterum Megingolz tradidiſſe predium, quod appellatur *Anageringin* ad altare ſancte Marie ſancteque Radegundis pro redemptione anime eius ac debitorum ſuorum, nec non Adalwini, cuius & proprium erat, in uſus fratrum inibi ſeruientium & huius rei teſtes ſunt. Nortwich. Megingolz. Albuni. Dietmar. Rudolf. Engilbert. Ortwin. Marcwart. Wiliſo. Reinhart, Dietrich. Gotſcal. Mezile.

NUM. XV. VRIHAIM.

Notum ſit cunctis fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quatuor fratres *Labuli. Pabo. Rudolf. Adalbero de Friheim.* predium ſuum ad altare ſancte Marie & ſancte Radegundis tradiderunt eo tenore, ut reditum haberent, dum unus eorum uiueret. Teſtes ſunt Reinhart. & frater eius Pertholt. Maganus. Sinzo. Hezil. Walthalm. Engilpreht. Wichart. Rudolf. *Sigihart. & frater eius Cunrat de Kersdorf.* Heriwich. Volcholt. Luttwin. Gottfrit. Sigihart.

NUM.

NUM. XVI. SCHAMBACH.

Notum ſit tam futuris, quam preſentibus, qualiter *Dietmar de Scambach* tradidit predium ſuum & octo mancipia ad altare ſancte Marie ſancteque Radegundis pro remedio anime ſue in uſum fratrum ibidem Deo ſeruientium. Mancipia ſcilicet ea conditione, ut ſingulis annis quinque numos ad predictum altare ſoluant. Quorum nomina hec ſunt. Adalbert & duo filii eius Sefrit & Otolf. Hilta. & ſoror eius Gotta. Azila & filia eius fridurum. Gerloch quoque & omnem poſteritatem eorum. Teſtes ſunt. Hezil. Trunt. Mazilo. & filius eius Adalwart. Hazo, & frater eius Rawin. Udalricus Sefrit. Piligrin. Dietmar. Sigiboto.

NUM. XVII. circa AN. 1140.

Nouerit tam futura quam preſens etas, qualiter quidam miniſterialis Salzburgenſis Eccleſie nomine *Afram* i) vineam cum tota poſſeſſione tradidit pro remedio anime ſue, & *Filii ſui Adelonis* ad altare ſancte Marie ſancteque Radegundis in communem uſum fratrum in eodem loco ſeruientium. Huius rei teſtes ſunt Luttwin. Heinrich. Engildie. Pernolt. Adalbert. Wezil. Rudiger. Heinric. Richer. Luttholt. Dietmar. Meinhart. Wolfram. Wernhart. Wolvolt. Rudiger. Adalpert. Rirwin. Wernher. Aziman. Gotpert. Meinhart. Cuno.

i) De Iſena. vid. ſupra num. 4.

NUM. XVIII. GUMPOLZHEIM.

Notitie omnium fidelium commemoramus, quod quedam mulier nomine *Hazicha* tradidit predium ſuum apud Gumpolsheim pro remedio anime ſue ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis in uſum fratrum ibidem ſeruientium. Teſtes ſunt. Heribort. Volcholt. Arnolt. Adalbert. Luitwin. Engilmar. Wernhart. Udalrich. Gerunc. Dietmar. Ezilo. Sigboto.

NUM. XIX. SCAMBACH. circa AN. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam uir nomine Tultinch & uxor eius Agata & filius eius Gotfrid ſcolaris tradiderunt tale predium, quale in Scambach habuerunt ad altare ſancte Marie & ſancte Radegundis pro remedio anime ſue & omnium Parentum ſuorum fratribus ibidem Deo ſeruientibus deſeruiendum. Huius rei teſtes ſunt *Cuno advocatus. Werh. de Geppinheime. Canrat de Woliunsperch. Rudolph de Richersheim. Arnolt. Volcholt de Friheim. Volcholt & Rupert de Aſchowe.* Geriboto. Sahſo. Adeſo. Erwin. Vdalrich.

NUM. XX. SCAMBACH. circa AN. 1140.

Quidam miniſterialis nomine Marwart & uxor eius Agatha tradiderunt predium ſuum ſitum Scambach & duo mancipia Adalramum & fratrem eius Dietmarum ad altare ſancte Marie ſancteque Radegundis Deo & fratribus ibidem Deo militantibus. Huius rei teſtes ſunt. *Cuno advocatus & filius eius Cuno. Herbert de Friheim. Ingildie de Perge. Volcholt & Rupert. de Aſchowe. Volcholt de Friheim.* Arnolt. Merboto. Rudolf. Cunrat.

NUM. XXI.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidam liber uir Adalpert & uxor eius Chriſtina delegauerint proprium ſeruum Dietmarum omnemque proprietatem eius ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis pro remedio animarum ſuarum & omnium parentum ſuorum ad ſoluendos annuatim quinque nummos, & ſi in tribus annis dare neglexerint, & in quarto anno reddere contempſerint, ſerui ſint predicti altaris. Huius rei Teſtes ſunt *Cuno aduocatus ſenex. Dietmar. de Purten. Pernhart. & Willihalm de Geppinheim. Hezel. Sifrit de Tale. Marboto de Friheim. Marwart de Ellinbrehangin. Sigiboto de Arnowe.*

Num.

NUM. XXII.

Anno incarnationis dominice M. C. VII. indict. XV. Cunrado Dei gratia Archipresule Episcopo pater meus Eppo dedit me Richardam sancte Dei genetrici Marie ea scilicet condicione, ut singulis annis quinque numos darem eidem ecclesie, si autem per quinquenium persoluere negligerem in sexto anno penitus ancilla eidem ecclesie essem. Si uero paupertate coacta quinque numos soluere nequirem, tribus solutis libera manerem. Testes huius rei presentes fuerunt. Petrus. Marwardus. Gotefridus. Hezil. Werigant. Truhant. Purchart. Dietmar. Fritil. Rudolf. Siboto. Richer.

NUM. XXIII. WOHLGRUBE. circa AN. 1140.

Omnibus Christianam fidem profitentibus & defendentibus notificamus, qualiter due couterine sororos Adelheit scilicet & Tuta sub *libera parscalcorum* k) conditione constitute predium suum Wolhesgrube rogatu Cadelhohi presbiteri sancte Marie Garze sub Christiane fidei testimonio coram Cunone aduocato delegauerint super altare sancte Marie, sancteque Radegundis ea lege, ut usus illius predii quesiti & inquirendi supra dicto presbitero filioque suo Vdalrico persolueretur. Post utriusque uero obitum predium illico pro remedio anime illarum & parentum illarum supra dicto altari & fratribus ibidem seruientibus Deo deseruiret. Testes autem huius rei sunt isti. *Wernher de Geppinheim. Afram de Isina. Luitwinus & Wezil de Amphingen. Wernhart & frater eius Rudger de Wilkirchen. Dietmar & Babo de Durrinberch. Albuni & frater eius Luttwin de Gebiningin. Herimann de Gebingen. Volcholt de Friheim. Cunrat de Wolganesberge. Rudolf de Richersheim. Irminstein de Engilmundisberge. Arnolt de Megilingin. Starkant de Moringin. Urluge de Richardingin. Erwinn & frater eius Enzimann de Imminheim* & preterea multi alii, qui uiderunt, & audiuerunt.

k) Que-

k) Quænam fuerit *Parſcalcorum* conditio elegans eſt disquirendi materia. Cangius equidem in ſuo latinitatis mediæ ac infimæ gloſſario & qui eum ſequuntur Pfeffingerus ad Vitriar. Tom. II. pag. (964.) & Hellfeld Repertor. Jur. Germ. priv. Tom. I. pag. 456. Parſcalcorum nomen derivant a vocula *Bar*, liber & *Scalk* ſervus; quaſi liberum ſervum diceres, & arbitrantur hoc nomine veniſſe colonos liberos, qui manſos Dominicales ſub lege annui cenſus colebant. At vero cum *Parſcalci* nunquam non fuerint hominibus propriis imo & mancipiis accenſiti; cuiquam facile patebit, conjecturam quantumvis nobilem rem omnem neutiquam exhaurire. Meliora dabit Inſtrumentum Friſingenſe ap. Meichelbeck Tom. I. parte Inſtr. Num. 481. pag. 255. *Iſti ſunt liberi homines qui dicuntur Barſcalci*, „ qui cum Wagone „ complacitaverunt ut Eccleſiaſticam acceperunt terram. de ipſa terra „ condixerunt facere ſervitium: arant dies III. tribus temporibus in „ an. & ſecant tres dies, illud colligunt & ducunt in horrea & reddunt „ modios XV. Iſtud firmiter condictum eſt, ut eis nullus amplius ma„ jorem ſervitium injungere valeat ſed *itinera* viciſſim agant; (id eſt „ curſores, ſeu tabellarios)". Cæterum Parſcalcorum nomen ſolis Bajoariis notum erat. Deprehendes illud in diplom. Friſing. Ludovici regis de An. 903. ap. Meichelbeck Tom. I. P. I. pag. 151. & in alio Caroli M. de An. 804. Ibid. Parte II. pag. 91. in dipl. Conradi II. An. 1029. ibid. Parte I. pag. 223. In dipl. Ottonis M. S. Emmeramnenſi An. 940. ap. Hund. Tom. II. pag. 258. In alio ejusdem Ratisbonenſi An. 950. ap. Hund. Tom. I. p. 152. In dipl. Philippi Regis Salisburgenſi de An. 1199. ap. Hund. Tom. I. pag. 53. &c.

NUM. XXIV. PERNHAIM.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, qualiter quedam nobilis mulier nomine *Irmgart* tradidit predium ſuum, quod ſitum eſt apud Pernheim pro remedio anime ſue ſuper altare ſancte Marie, ſancteque Radegundis. Huius rei Teſtes ſunt. *Dietrich filius eius Ditrich de Rubilsdorf. Warmunt de Boumburch.* Winther. Ditrich. Scahruder. Gerboto. Udalrich. Chalehunt. Werigant & pretera multi alii, qui uiderunt, & audierunt.

NUM. XXV. circa 1140.

Nouerit tam futura, quam preſens etas; qualiter quedam uidua nomine *Ita de Ritmarsdorf* delegauit predium ſuum Gerhohingen

hohingen in preſentia aduocati *Cunonis*, *& filii eius Cunonis*, qui & teſtes ſunt eiusdem rei. Teſtes quoque ſunt *Wernher de Geppenheim. Volcholt de Friheim. Adelbert de Muſiburch. Adalbert de Gerin.* Cunrat. Rudolf. Purchart. Dietmar. Wezil. *Volcholt & filius eius Volcholt de Aſchowe. Rupert. Gebihart. Rudger. Adalpert. fratres de Strutheim. Heinric de Stegeheim.* Gotefrit. Ougo. Arnolt.

NUM. XXVI. circa AN. 1140.

Pateat tam futuris quam preſentibus, quod quidam miniſterialis *Marchionis Engilberti* 1) nomine *Sigimar* & uxor eius *Hadewig* & filius eius *Cuno* dimidium manſum de ſilua tradiderunt ad dotem ſuper altare S. Valentini Pettinheim aſſenſu domini ſui marchionis. Huius traditionis teſtes ſunt per aurem tracti. *Adalpert de Katolfsdorf. Englibert. Adalpert. Hunger dicti Grun. Engilbert & Harwich & Gottpolt de Pettenheim. Sigihard filius Sigihardi de Cholbarn. Eberhart & filius eius Pertolt ſuper Ruthe.*

1) *Iſtriæ* dicti de *Crayburg*.

NUM. XXVII. circa AN. 1140.

Nouerit tam futura quam preſens etas, qualiter *Afram de Iſina* tradidit tale predium, quale habuit Ardakere & Familiam, quam habuit de fratre ſuo ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis Garzenſis Eccleſie. Huius traditionis teſtes ſunt. Heribort. Volcholt. Gotfrit. Wernhart. Engildie. Luttolt. Ekerich. Udalrich. Erwint. Enziman. Rupert. Adalbert. Egilolf. Attolf. Rudger. & ſub eisdem teſtibus abdicauit ſe *Herbort de Friheim de predio Iſina*, ſi aliquid iuris haberet.

NUM. XXVIII.

Nouerit tam futura quam preſens etas, qualiter quidam *miniſterialis Salzburgenſis nomine Harwicus* ſacerdos tradidit predium

ſuum

ſuum *Petinheim* ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis & familiam ſuam ſcilicet Richil. Piligrin. Idunc. Hadalouch. Huig rei teſtes ſunt. Sifrit. Marwart. Werigant. Udalrich. Iruunt. Hilirich. *Udalric de Scambach.*

NUM. XXIX. circa AN. 1140.

Notum ſit tam futuris, quam preſentibus, qualiter quidam miniſterialis *Heribort de Friheim* tradidit tale predium, quod ſitum eſt *Rupretsheim* pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis. Huius rei teſtes ſunt *Volcholt de Frihem. Udalrich de Friheim.* Pertholt. Arnolt. Luttolt. Ekerich. Adalbert. Udalrich. Erwin. Rudiger. Altolf. Dietmar. Ekchart. Wernhart. Friderich. *Volcholt. & Volcholt de Aſcowe. Rudger de Wilchurchin.* Adalbert. Gebihart de Garze. Rudiger de Amphing.

NUM. XXX. circa AN. 1140.

Pateat tam futuris, quam preſentibus, qualiter quidam nobilis uir *Willihalm* per manus *Wernheri de Gippinheim* tradidit tale predium, quod habuit *Anageringin* ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis. Huius rei teſtes ſunt Wernher. Erwin. Weringant. Einwich. Luitolt. Ekeric. Egilolf. Udalrich.

NUM. XXXI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *nobilis* uir *Gerolt* nomine tradidit Iuditam & filios, filiasque eius. Adalhart. Ludiwic. Mazicha. Herlouch, omnemque poſteritatem eius ad altare ſancte Marie, & ſancte Radegundis pro quinque denariis annuatim ſoluendis. Sin uero quinque annis tribuere neglexerint, & in ſexto reddere contempſerint, ſerui ſint eiusdem altaris, fratrumque ibidem Deo ſeruientium, & hi teſtes ſunt adhibiti.

biti. Rudolf. Marwart. Gotſcale. Arnolt. Adalbero. Pertolt. Sifrit. Egilolf. Adalhart. Reginwart. Chazili. Manzo. Rietmar.

NUM. XXXII. circa AN. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod predictus *Afram de Iſina* legationem de ſupra dictis prediis uidelicet de Iſina, de Owe de duabus uineis ſuper Winterberc ſuper altare ſancte Marie, & ſancte Radegundis confirmauit in manum *aduocati Cunonis iunioris*, & pro tributo quinque nummorum inde recepit. Huius rei teſtes ſunt *Adalpert de Gern. Adalpert de Moſiburc.* Rudolf. alius Rudolf. Volcholt. Arnolt. Chounrad frater.

NUM. XXXIII. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus eccleſie filiis, quod *miniſterialis* eccleſie Salzburgenſis *Couno iunior de Sneitſe* tradidit ad altare ſancte Marie ſancteque Radegundis predium, quod dicitur *Mannolfdisheim* preſente & rogante honeſta muliere *Richiza uxore Hortwini* ipſo quoque preſente & id ipſum rogante, quod ab - - - muliere tuitioni & fidei ſue ante traditum fuerat ſuſcipiente *prepoſito Heinrico* m). Huius rei teſtes ſunt idem ipſe *Couno & frater eius Eticho.* Enzimannus. Adalbertus. Riwinus. Altolfus quoque Starchandus. Adalbertus. Peringerus de eodem foro, & ceteri quam plures. Poſtea pro eodem predio litem mouit *Couno de Harde Miniſter Marchionis Engilberti de Creiburch* & coram eodem Marchione lis ſoluta eſt & coram aduocato eccleſie Garzenſis *Counone*, qui & teſtes ſunt.

m) Heinricus præpoſitus vixit circa Anno 1160.

NUM. XXXIV.

Nouerint omnes Chriſti fideles, quod quidam *Heuricus* cognomine *Muntſceperhler* & fratres ſui mancipium ſuum Engelber-

tum nomine pro remedio anime ſue & Parentum ſuorum ſuper altare beate Marie ad cenſum quinque denariorum delegaucrunt, huius rei teſtes ſunt Rudolfus paganus. Wernchart de Wang. Henricus. Albertus pellifex. Albertus de Wang. Ernuſtus. Henricus calcifex. Albertus Zabilſtein. Rudolfus de Furt. Engelbertus Piſtor. Friſchal. Dietmarus houiſcma. quod ſi tres annos ſuperſedit & cenſum non perſoluit, ſit proprius eccleſie, huius rei teſtes ſunt prefati.

NUM. XXXV. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus eccleſie filiis, quod miniſterialis eccleſie Salzburgenſis nomine *Marwardus* in extremis uite iam agens tradidit prædium ſuum *Sandenheim* dictum, quod triginta annis & amplius poſſeſſione & uſu ſine cuiusque mortalis hominis contradictione poſſederat, in manus fratris *Epponis* ea conditione, ut idem predium delegaret ſuper altare ſancte Marie ſancteque Radegundis, quod & factum eſt preſente & ſuſcipiente *Heinrico prepoſito & Counone aduocato.* Huius traditionis teſtes ſunt idem *Couno. Adalbert de Wilkirchin. Heinrich de Ramſowe.* Heinrich iudex. Arnolt. Adalo. Sachſo de Megilingin. Gebehart de Garz. Otolf. Nortwin. Adalwart. Dietmar. Wernher, famuli eccleſie Garzenſis. Mortuo eodem Marcwardo patruus eius *Eppo de Tegrenbach coram Rapotone comite forenſi*, iure idem predium optinuit, aſſerens ſibi prius ab eodem Marwardo traditum, quam eccleſie. Hanc litem ſoluit Henricus prepoſitus pecunia, & impetrauit eundem Epponem refutationem facere in manibus ſuis & aduocati Counonis. Huius rei teſtes ſunt idem aduocatus & milites ſui. Heinric Arnolt & alii.

NUM. XXXVI. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus eccleſie filiis, quod predicta mulier *Richiza* nomine preſente marito ſuo *Hortwino* tradidit alia predia

ſua,

ſua, que in preſentia Archiepiſcopi Salzburgenſis uenerabilis *Counradi* receperat de manibus *Counonis* & fratris ſui *Eticonis de Snetſe* miniſtrorum eccleſie Salzburgenſis, quorum fidei ſibi tuenda delegauerat ante altare beate Marie & beate Radegundis ea conditione ut quamdiu viveret uſibus ſuis deſeruirent, niſi forte adhuc uiuens eis ſponte renuntiaret, & poſtea fratribus Garz Deo ſeruientibus in uſum cederent. Suſcepit autem hanc traditionem *Henricus* Prepoſitus teſtibus adhibitis, quorum nomina ſunt *Rapoto de Lenginmos.* Altolf. Adalbert alius Adalpert. Enziman. Wenher. Riwin. Heribantt. Peringer. Udalrich alius Udalrich. Starchant. Perhtolt. Siboto. *Rudiger cognomento Zeltere* n) Friderich, Cunrat Ortolf &c.

n) An hinc *Zelleri?* notiſſima apud Garſenſes, Awenſes, & Attilenſes familia.

NUM. XXXVII.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, qualiter *Ditmar de Hericrimisheimingin* tradidit VIII. mancipia ad altare ſancte Marie poſt obitum ſuum: ea condicione ut reddant ſingulis annis quinque numos ad predictum altare. Quorum nomina ſunt. Adalhait & duo filii eius Sefrit & Otolf. Hilca & ſoror eius Gotta. Azala, & filia eius Friderun. Gerloch & omnem poſteritatem eorum. Teſtes ſunt Hezil. Iruonth. Mazili & filius eius Adalwart. Hazo & frater eius Riwin. Udalrich & Sifrit Piligrim. Dietmar. Sigiboto.

NUM. XXXVIII. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus eccleſie filiis, quod - - - - predium - - - - preter illam partem - - - - - predii, quam prius poſſidebat eccleſia Garzenſis tradidit per manus legatoris ſui Adelonis altari beate Marie Garze, ſuſcepitque in beneficium coram altari eodem

pro nummo ſingulis annis ſoluendo in feſto beati Rudberti, quod celebratur in autumno. In eodem loco ſuſceperunt - - - - poſt mortem - - - - idem predium in beneficium - - - - in predicto feſto ſoluendis, ita tamen, ut ſi contumaciter ſoluere neglexerint, deinceps eccleſia liberam habeat poteſtatem diſponendi de eodem predio, quod ſibi utile proſpexerit. Facta ſunt hec per prouidentiam *Heinrici* prepoſiti eiusdem eccleſie preſenti Heinrico iudice aduocato & Saxonis ſocii eius, qui & teſtes facti ſunt huius rei & plures alii uidelicet *Adelo de Lancingen. Udalrich de Inſula. Otto de Eiche. Wolfram marſcalcus. Rudiger de Steinkirichen. Altman de Zagelence. Engilperht de Scalchelwinchel. Engilperht de Gruntal. Adalperht frater eius de Rute. Albreht de Muchelheim.* Ernſt de Garz. Adelwart. *Marchwart de Winchel.* Dietmar.

NUM. XXXIX. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus eccleſie filiis, quod Concanbium factum eſt inter eccleſiam Garzenſem & *Chounradum de Friheim* hoc modo. Tradidit enim eiusdem eccleſie prepoſius Heinricus dimidium manſum in loco Friheim, qui ſingulis annis ſoluere ſolebat quinque modios auene & modicum ſiliginis & porcum unum ualentem triginta nummos, pro quo tradidit *frater Chounradi Volcholdus*, per manus *Brunonis de Chreiburch* iuuenis, cuius *ſororis* fuerat idem predium, facta ſunt autem hec in preſentia *aduocati Chounonis*, qui & teſtes eſt huius Concambii, & multi alii viderunt.

NUM. XL. circa AN. 1200.

Notum ſit omnibus fidelibus Eccleſie Catholice, quod dominus *Adlwinus Garzenſis Prepoſitus* o) & Archidiaconus cum confratribus ſuis datis decem ſolidis litem quandam diremit, quam quedam Brigida nomine, & filius eius cum ipſo & cum eccleſia ſua diu habuerat, pro loco, qui dicitur Adeltal. Huius rei teſtes ſunt *Henricus de*

Niun.

Nunchirchen, *Chunradus de Sannheim*. *Henricus iudex de Harſchirchen*. Wernhardus. Gotfridus. Otto. Reinpot. Durinch. Wernhart. Rudolfus. Dietricus.

o) Adlwinus vixit Anno 1200.

NUM. XLI. circa AN. 1166.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidam miles de *Gundingen* nomine *Eberhardus* predium ſitum in loco Angeringen emptum a quodam - - - - per manum *Heinrici de Salnbarnchirchen* delegauit ad altare ſancte Marie Garz in uſum fratrum ibidem Deo ſeruientium poſt mortem ipſius, uel ſi prius eiusdem predii uſu carere uoluerit, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum coram Salzburgenſi Archiepiſcopo *Chounrado* p) & romane ſedis Legato. Huius rei teſtes ſunt Meingotz. Willehalm. Rudiger. miniſteriales eccleſie Salzburgenſis. Heinrich ſenex iudex. Heinrich iunior. Chounrath. *Vulcholt de Friheim*. Rudiger. *Ulrich de Gundingen*. & alii quam plures.

p) Conrado II. qui ab An. 1154-1168. præfuit eccleſiæ Salisburgenſi.

NUM. XLII. circa AN. 1160.

Pateat tam future, quam preſenti etati, qualiter quidam miniſterialis eccleſie Salzburgenſis nomine *Ortuwinus* q) pro remedio anime ſue, & omnium predeceſſorum ſuorum tradidit predium ſuum tale, quod habuit *Gozhaliningen* ſuper altare ſancte Marie. Huius rei teſtes ſunt. *Dietmarus de foro*. Arnoltus theolenarius. Chounradus. Pertoldus. Ovlricus. Hartwicus. Pertholdus. Adalpert. Detmarus. Kailant. Ludewicus. Meinhart. Reinfrit. Starchandus. Erneſt. Gotfridus. Arbo. Sigehart. Erneſt. & alii plures.

q) V. num. 33. 36.

NUM. XLIII. circa AN. 1160.

Pateat tam future, quam preſenti etati, quod quedam mulier Berchta libere conditionis pro remedio anime ſue parentumque ſuorum colla libertatis ſue, ſuum uidelicet & liberorum eius Adelheit. Cunrat. Heinrich. Demut. Wernhe, cum omni eorundem poſteritate ſuper altare ſancte Marie Garze pro ſoluendis annuatim quinque denariis cenſualibus, ſponte delegauerunt tali lege uel ratione, ut ſi quinque annis prefatis cenſum ſoluere contempnerent, ſerui eiusdem altaris proprii ſine contradictione de cetero eſſent. Huius rei teſtes ſunt Dietmar. Arnolt *Zolnere* r). Udalrich *Scherige* s). Erneſt Diſpenſator. Erwin & filius eius Engilbreht. Gotefrit. Friderich. Wernher de Coch. Erniſt ſtumpf Liutolt. Herwic die hungir. Engilger. Albreht.

r) *Telonearius.*

s) Præco, lictor.

NUM. XLIV circa AN. 1160.

Sciant omnes tam preſentis quam futuri temporis homines. Quod quidam nomine Pernhardus de familia dominorum de Megeling a fratribus Garzenſis zenobii houuam 1. Uriheim quatuor talentis redemit, ſub tali conditione, ut quoadusque ipſe, uxorque ipſius uiverent Willebirch, uſus & poſſeſſio eius eisdem cederet, nullusque liberorum eorundem aliquid poteſtatis poſt obitum parentum ſibi uſurparent, & quinque denarios annuatim in teſtimonium huius pacti ad Garze perſoluerent. Quod factum preſente aduocato & *Heinrico*, ac concedente conſumatum eſt & ſub teſtibus ſubſcriptis. Iudex Heinricus, filius eius Hermannus. Roedgerus. *Negeldercheim. Chounrad de Wigere. Gebehardus de Tanpach. Heinrich de Raſchhezen. Heinrich de Hoppach. Roedgerus de Vogelere.* Ernuſt. Dietmar. Amic. Heinricius piſtor. Heinricus cognomento

uilli-

uillicus. Marchwardus. Würgelhane. Haertwich. Hunger. Erniſtus cocus. Gotfrid. Fridericus & alii quam plures.

NUM. XLV. circa AN. 1160.

Nouerint omnes fideles, quod quedam mulier Herburgis nomine cum filiis ſuis Chuonrado & Ulrico predium, quod habuit in uila Lengdorf pro remedio anime ſue & parentum ſuorum ſuper altare beate Marie delegauit in uſus omnium ibidem Deo ſeruientium. Huius rei teſtes ſunt. *Gebehardus de monte.* Erneſto diſpenſator. Erneſto iunior. Herbreht. Menehardus. Ulricus Cocus. Albertus Zabelſtein. Arnolt Theloneharius. Adalhardus. Ludwicus. Gotfridus.

NUM. XLVI. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod quedam mulier Methildis proprium hominem ſuum Dietricum ſuper altare beate Marie ad perſoluendum cenſum. 2. denariorum delegauit. Ita tamen, ut ſi aliquis eum poteſtatiue uoluerit abſtrahere duobus talentis eccleſie inpignoratum a predicta muliere eſſe cognoſcat. Huius rei teſtes ſunt. Erneſto diſpenſator. *Gebehardus de monte.* Henricus gener eius. Otto molendinarius. Rubertus de Purchſtatt. Rudolfus de Ouge, & filius ſuus Meinwart. Henricus. Gotfridus eccleſiaſticus. Gotfridus de Billungſtein. Engelbertus. Erneſto. Ludwicus Gaſtel. Ludwicus pellififex. Engelhardus de Tanne.

NUM. XLVII. circa AN. 1166.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod *Hortwinus de Mannoltsheim* & uxor eius Rihza tradiderunt poteſtatiue mancipia ſua Hartwicum & Rihzam cum omni poſteritate ipſorum ad altare ſancte Marie Garz pro numis 5. ſingulis annis ſoluendis.

Quod

Quod ſi tribus annis neglexerint, & in quarto ex integro non emendauerint, ſint ſtipendiarii fratrum. Hanc traditionem ſuſcepit *prepoſitus Heinricus* & Chuono aduocatus. Huius rei teſtes ſunt *Heinricus de Ramſu. Adalbert de Wilchirchen.* Heinricus iudex. Arnolt de Megelinen. *Volch.lt de Friheim.* Walther Cocus. Dietmar de Eichingen. Ernſt. Albreht de Muchelheim. Adelwart & frater eius Egilolf. Wernhart. Gnanel. Wernher.

NUM. XLVIII. circa AN 1160.

Notum ſit omnibus eccleſie fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod mulier quedam libere conditionis nomine *Adelheidis* preſente & conſulente matre *Hiltigunda* tradidit ſemet ipſam ad altare beate genetricis Dei Marie Garz; pro tuitione & defenſione eccleſie ea ratione, ut tam ipſa, quam omnis poſteritas eius annuatim quinque numos perſoluant eidem altari. Eo tamen modo, ut ſi tribus annis dare neglexerint, & in quarto non emendauerint, ſtipendiarii ſint eccleſie. Facta eſt hec traditio preſente & ſuſcipiente *prepoſito Heinrico* eiusdem loci & preſente Heinrico iudice *Chounonis aduocati.* Teſtes ſunt idem Heinricus. Gebehardus, & nepos eius Ulricus. Alperht. Pernger. Riwin. Altolf, *Forenſes* t). Rudolf de tote. Albreht. Otto de Muchelheim. Marchwart. Adeluuart. Otolf. Gnanel homines eccleſie.

t) Ideſt cives *fori* Garz; Einwohner aus dem Marktflecken Garz.

NUM. XLIX.

Nouerint omnes, quod quidam *Meribot de Mulhuſin & ſoror eius Hazica* & filia eius Hailca, & filia Matertere eius Mathilt, & filia eius Mathilt & filii eius Arnold & Otto. Super altare ſancte Marie Garze ad cenſum V. denariorum delegati ſunt.

NUM.

NUM. L.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam uir nomine Hiltigerus tradidit proprios ſeruos Gotſcalcum & Adalbertum & Ancillam nomine Jutam, & Heilcam ſuper altare ſancte Marie ſanctequc Radegundis pro remedio anime ſue & omnium Parentum ſuorum pro ſoluendis annuatim V. nummis, & ſi in duobus annis dare neglexerint & in tertio anno reddere contempſerint, ſerui ſint predicti altaris. Huius rei teſtes ſunt. Altolf. Adelgerht. Enziman. Wolfker. Starchant. Adelperht. Pernger. Gerunch. Adelhart. Ulrich. Ernſto. Engilperht. Willehalm. Swichart. Egilolf. Adelhart. Wolperht. Heinrich. Adelolt. Henno. Paldwin. Meinhart. Engilpolt. Marchwart. Heinrich.

NUM. LI. circa AN. 1166.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Gebehardus de Ketinheim* refutauit in manum prepoſiti Garzenſis litem, quam habebat pro predio quodam in eodem loco Ketinheim ea conditione, ut idem prepoſitus *Heinricus* concederet ei uillicaturam eiusdem loci Ketinheim poſt mortem Otolfi, quod & factum eſt. Huius rei teſtes ſunt *Fridericus de Grizſtetin & frater eius Sigiboto & Adalbero miles, eorum auunculus.* Geber. Rudolfus. Erniſt uillicus. Adalwart & Rudolfus *Scutifer* u) & multi alii.

u) Vix arbitraremur per ſcutiferum heic loci deſignari *Armigerum*, Schildknecht, Schildträger. Sequitur ſane Rudolfus Scutifer Erneſtum villicum, quod in nobilem Armigerum haud ita facile cadere dixeris. At vero notum eſt aliud *Scutiferorum* genus; quod ſervientes quosvis non modo laicorum ſed & Eccleſiaſticor. ac Monachorum complectebatur &c. v. *Cangius* h. v.

NUM. LII. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nomine *Walchunus* predium ſuum Dazenſtiren ſuper altare beate Marie

delegauit pro remedio anime ſue & patris ſui *Gotſcalze*, & matris ſue *Adelheit*, & patrui ſui *Hadwin & fratrum Engelberti*, *Gotſcalci*, & conſanguineorum *ſuorum Henrici. Ulrici. Herbort. Ortwin. Henrici.* Huius rei teſtes ſunt Erneſto Diſpenſator. Ulricus Tuncearius. Henricus. Herbartus. Albertus. Erneſto. Gotfridus. Jedungus. Dietmarus. Merbato. Chunrat. Pertholdus. Ulricus. Rupertus. Erneſt.

NUM. LIII.

Innoteſcat auribus tam preſenſium, quam futurorum, quod Judith de Saſenchaim *amiſſa libertate*, *quam habent Parlink* x) redemit ſe ad altare ſancte Marie Garzenſis eccleſie ſingulis annis pro quinque denariis ſoluendis. Huius rei teſtes ſunt *Erniſt Camerarius* Arbo, Rudeger. Werher. Marchvquart. Reinfrith. Roudolf. Marchwart. Heinrich. Luotolt. Erniſt. *Herman de Altarteshaim.* Cumpolt. Chounrath.

x) Vix memini me hanc vocem uspiam legere; nec mihi de ſenſu ejus plane conſtat. Forte ſynominon eſt *Frylingorum;* cum *Bar* ſive *Par* apud Germanos noſtros idem ſit ac *Frey* liber; adeoque *Parlingi* fuerint *viri ingenui*, libera progenie orti. At vero Judith de Sachenhaim *amiſerat libertatem quam habebant Parling*, ſeque ad altare S. Mariæ Garzenſis redemit pro quinque denariis annuatim ſolvendis. Quodſi hæc conferas cum Charta traditionis n. 2. ſuperius recitata, ubi „ *filiæ hominum cenſitivorum liberæ eſſe jubentur* niſi forte adulterio vel „ fornicatione polluerentur quo caſu eadem qua virilis ſexus lege V. „ denariorum annuatim ſolvendorum teneri debebant: " parum aberit; quin dicam *Juditham* de Sachenheim patre ortam cenſitivo Garzenſis monaſterii, ipſam liberam fuiſſe; ſicque nobis de ſenſu vocis *Parlink* tantumnon omne exueretur dubium. Scilicet *Parlingæ* dicendæ forent filiæ liberæ hominum perpetuo cenſui addictorum.

NUM. LIV.

Sciant preſentis & futuri tempori fideles, quod quidam miniſteriales Salzburgenſes Dietmarus, cum duabus ſororibus eius

Adl-

Adlhaid, Hailka, & duobus filiis earundem, Hartnido, Chounrado, delegauerit ſuper altare beate Marie Garze ſub conditione quinque denariorum annuatim ſoluendorum ſeruum ſuum proprium altmannum ob inuenienda beatitudinis eterne remedia. Cuius rei teſtes ſunt *Engelbertus abe dem rute.* Ernſto pater & filius eius Ernſto. Erwin. Gotefridus. Roedger cemetarius. Ernſt. Stumph. Heinricus Arbonis filius. Wernherius quocus. Dietmarus, idem qui dedit Hartmidus. Chounradus. Haertwicus Faber. Perhtoldus.

NUM. LV. circa AN. 1166.

Pateat omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod Albertus pro remedio anime ſue tradidit ſuper altare beate Marie ſancteque Radegundis Gerwardum ad perſoluendum quinque denarios per ſingulos annos. Huius rei teſtes ſunt Alpreth. Gebeharth. Ulrich. Ernefto, Diſpenſator, Ernſto cemetarius, Wernher cocus Pertholdus. Albertus.

NUM. LVI.

Innoteſcat auribus tam preſentium quam futurorum, quod *Pabo de Phapking* & uxor eius *Williberch* tradiderunt familiam ſuam ad altare ſancte Marie Garzenſis eccleſie, Seubertham & filium eius Adalbertum ſub conditione quinque denariorum annuatim perſoluendorum ob inuenienda beatitudinis eterne remedia. Cuius rei teſtes ſunt *Dietricus de Phapking.* Pertholdus filiusque ſuus Hainricus. *Wigoto* & frater ſuus *Ovlricus*, qui uulgari prenomine uocantur *Chaergen de Schonbrunnen. Albertus & frater ſuus, Pertholdus de Stocheim.* Pabo. Schozehart & Willehalmus mercator de *Suburbio*, quod nuncupatur *Hach* y). *Aſchwin de Phapking.* Ex familiaque eiusdem eccleſie Erneſto *Prepoſitus* z). Fridericus. Gotfridus.

y) *Suburbium* hic vocatur oppidulum ſeu vicus, *Flecken*, quo ſeptum eſt caſtrum *Hag* novo prorſus ſignificatu.

z) *Præpoſitus familiæ, Oberknecht.*

NUM. LVII. circa AN. 1160.

Notitie omnium commemoramus, qualiter quidam Arnoldus presbiter predium in *Mimelenhaim* tradidit ſuper altare ſancte Marie pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum & huius rei teſtes exiſtunt. Hainricus iudex. *Hainricus de Gounding. Chounradus de Wiaren. Walchunus & frater eius Rougerus de Stainenchirchen. Gebehardus de Tanbach* & frater eius Hainricus. *Engelbertus de Rute.* Erneſto Diſpenſator. Fridericus. Gotfridus. Harman. Rougerus. Wernher. Chounrat. Marcwardus. Wurgelhane.

NUM. LVIII.

Innoteſcat auribus tam preſentium quam futurorum, quod tres fratres ſcilicet Dietmarus, Coteſcalch, Fridirich tradiderunt predii partem prefati Dietmari fratris eorum ſuper altare ſancte Marie ad ſeruiendum fratribus ibidem Deo ſeruientibus pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum. Huius rei teſtes ſunt Gebehart. Oulrich. Riefrith. Wernher cocus. Erneſto Diſpenſator: Cotſcalch. Fridirich. Hartwich fames. Siboto. Janze. Ainwicus. Altolf. Adelhart.

NUM. LIX. circa AN. 1160.

Meminit tam preſens etas, quam futura uniuerſitas, quod quedam *nobilis Domina Adlheid Comitiſſa de Megelingen* ſuper altare ſancte Marie Garze quoddam mancipium Engelbertum nomine cum poſteritate omni ſua de Rinkershaim ſoleniter delegauit. Huius rei teſtes ſunt *dominus Engelbertus de Rut.* Erneſto Diſpenſator. Pernhardus Lapicida. Hartmannus calcifex. Fridericus piloſus. Herneſtus lapicida cum fratre ſuo Henrico. Ortolfus. Fridericus der Rot. Wernherus cocus. *Rafridus meſenarius* a).

a) Quid-

a) Quidnam ſub voce *Meſenarii* intelligendum ſit, ambigo. Novi *Meſſenarios* ſeu *Meſararios*, quo nomine veniebant antiquitus *Meſſium* cuſtodes, ſpeculatores: ſed novi etiam *Meſſner* apud noſtrates dici qui alibi *ſacriſtani* ſeu æditui audiunt. Judicium ſit penes Lectorem; mihi vero prior ſenſus vix non præferendus videtur.

NUM. LX. circa AN. 1160.

Memorie cunctorum Chriſti fidelium tam preſentium, quam futurorum innoteſcat, quod Hazega libera mulier delegauit ſe cum liberis ſuis Willehalmo. Ottone. Adlheida & Mahthilda ſuper altare ſancte Marie, ſancteque Radegundis ad cenſum quinque denariorum canonicis ibidem Deo ſeruientibus annuatim perſoluendum eo pacto, ſi tribus annis neglexerit, & in quarto non emendauerit, *ſtipendiaria* ſit canonicorum. Huius rei teſtes ſunt Ernſt Diſpenſator. Hartmonnus calciſex. Hartman uillicus. Hainricus uinitor. Ernſt cocus. *Linwicus de Chamer. Gotſcalcus de Purten. Dietmarus & Ernſt de Purten. Otto de Poutenberch.* Hainricus Sellator, & alii quam plures.

NUM. LXI. circa AN. 1160.

Nouerit tam preſens etas quam futura uniuerſitas, quod quidam Eberwinus plebanus de Brunne predia ſua Hophengarten & Holzen pro remedio anime ſue & parentum ſuorum ſuper altare beate Marie preſente iudice de Megelingen ſolepniter delegauit. Huius rei teſtes ſunt. *Henricus de Camer. Gebehardus de Tanbach. Rudigerus de Aich.* Erneſt Diſpenſator. Hartwicus. Sunuchild. Henricus Holzil & frater eius. Hainricus uinitor. Werneherus cocus. Ulricus tuzar. Perhardus willicus. Starchandus & alii quam plures, uidelicet Albertus Zabilſtein. Ludewicus & Pater eius Ulricus preco. Wikardus ſeruus. Tietmarus Bubulcus. Merboto Kartitinus.

NUM. LXII.

Nouerint omnes Chriſti fideles tam preſentes quam futuri, quod quidam *Luitwinus de Gebeningen* & uxor ſua predium ſuum Heriſtein congregationi Garz Deo famulanti pro decem talentis tradidit & pro triginta talentis depoſuit, hac conditione, ut ſi quis *parentum* b) triginta talentis predium ſolueret, ipſum poſſideret. Sin autem, eccleſie Garzenſium proprium eſſet. Huius rei teſtes ſunt *Albertus de Widental.* Wernhardus. Herbercus loculator. Ulricus textor. Percholdus. Odaker. Ernuſtus. Roudigerus. Hartmannus. Siboto. Albertus. Wernehardus. Oudſcalcus plebanus de Louſen. *Liutwinus de Gebeningen.*

b) En exemplum juris retractus agnatis circa allodialia compretentis.

NUM. LXIII.

Hec ſunt nomina cenſum quinque denariorum perſoluentium. Hiltgund & pueri eius duo: Albreth von uilchhaim und *ſin. Geſueſtrid* c). Chuat. Giſila, & conmancipium eius Leukart & tres *Thæther* d) eius. Chunrat & frater eius Wernher & ſoror eorum. Engleger & frater eius von Chinge. Wernhartus de Uatersdotf & *ſin Geſueſtrid* Chuat. Erneſt de Batfritling, & ſorer eius. Albertus de Wolfſtinge & germani eius duo. Zinkart de Ebing & pueri eius. Iuta Chounradi uxor de Muldorf & pueri eius. Liukart de Braitenowe & ſorores eius due & pueri earum. Hartwic de Megelingen & fratres eius. Rapot & *ſin Geſchwiſtride.* Gotfrit uon Lohe und *ſin Geſchwiſtride.* Iutta und ihr Chint de *Mitergarzen.* Gotfrit der Pellifex und ſin *Sueſter.* Ulricus *preco forenſis* e) & uxor eius, & pueri eorum. Gramerin & pueri eius. Adlheid Sunelhilt & pueri eius. Ulricus Tevtzar & couterini eius. Sibotonis uxor de Muchelheim & pueri eius. Liukart capria & ſoror eius.

c) Geſweſtrid, *Geſchwiſter* fratres & ſorores.

d) Filiæ.

e) Præco

e) Præco, lictor, *Scherge* adeoque *præco forenſis* Scherge aus dem Marktflecken *Gars*.

NUM. LXIV. circa AN. 1166.

Nouerint omnes tam preſentes quam futuri, quod quidam miles *geboldus de Rinbach* quatuor mancipia adleheit. Willbirg. Diemout. Chunegunt ſuper altare beate Marie Garze pro remedio anime ſue delegauit ſub cenſu quinque denariorum annuatim, quod ſi tribus annis neglexerint, in quarto ſub proprietate Eccleſie redigantur. Huius rei teſtes ſunt, Erneſto Diſpenſator. Hartivie hunger. Otto. Gotfridus. Erneſto. Stumpf. Henricus. Albertus. Zableſtein. Chunradus. Gerlochus.

NUM. LXV.

Nouerint omnes tam preſentes quam futuri, quod quedam Adlheidis & Utta & Mathilt filie ipſius, mancipia ſua hiltigindim & pueros eius & omnem poſteritatem ipſorum, ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum ſuper altare beate Marie pro remedio anime ſue delegauerunt. Huius rei teſtes ſunt Erneſto. Hartmannus calcifex. Volicus *Seerge*. Henrich villicus, & frater eius Erneſto. Henricus Hachiler & frater eius. Perhardus. Rikerus. Weruehard. Chounrat.

NUM. LXVI.

Nouerint omnes tam preſentes quam futuri quod tres ſorores Diemoutis. Bertha. Methildis predium, quod habebant, *Legendorf* delegauerunt cum pueris ſuis ſuper altare beate Marie pro remedio animarum ſuarum & parentum ſuorum ad emendationem cenſus, quem ſuperſedendo neglexerunt. Huius rei teſtes ſunt. Erneſto. prepoſitus. Aetolphus thelonarius. Pertholdus ſakman. Vlricus de

ſewen.

ſewen. Erneſt tornator. Gotfridus, holzhauſer. Henricus. Engelbertus. Gotfridus eccleſiaſticus.

NUM. LXVII.

Iſte ſunt curtes ad cenobium garze pertinentes. De Pettnheim curtis una, tertius manipulus, porcus ad LX. nummos. III. anſeres. VI. pulli. C. ova. De predio Domini gotholdi III. ſolidos nummorum. De *Walthersperge* III. ſolidos. de *chranperge* XXX nummos. de *adelental* III. ſolidos, de *Manolteshaim* dimidium talentum, de *Waltelheim* L. nummos, de *Lantfrideshaim* XX. nummos, de *arlahaim* L nummos. III. modii auene, de Druhtal XL. nummos, unum *vriſching* f) X. nummorum. De widemen XL. nummos. De Dote wange XL. von der hoube tertius manipulus, porcus XXX. nummorum. II. anſeres IV. pulli. de *mulhaim* de huba I. tertius manipulus, porcus XXX numorum. II. anſeres, pulli IV. C. ova. De *obernrute* XXX nummos. de *Scanbach* LX. de *pabenshaim* XL. de *gundpoltshaim* L. de *pernhaim* XL. nummos. III. modii avene. de *Trouendeshaim* XL. nummos. de *Ruprehteshaim.* VII. ſolidos. numos. X. de *Ocholushaim.* XXX. numos. I. modium tritici. In eadem uilla decima per totum. II. manipuli, ad Eccleſiam *pabenshaim* de Curte una decima & de molentino II. manipuli. de *Talchaim.* II. modii *hophen* g) quamdiu Luikardis quidam uiuat poſt obitum eius quantum poſſit reddere. De Liubratesdorf de II. curt. decima. II. manipuli. de villicatione Domini *Chounonis de Snattſe* & de omnibus eius apendiciis decima, II. manipuli. de *Steuenschirchen* curtis 1. cum omnibus appendiciis decima, II. manipuli. *de Iſoluingen* apud Eccleſiam curtis I. decima II. manipuli· *Spilmansperge* LX. nummos. *de Urevlchaim* XX. *de Huſmenningen* III. ſolidos. *de Tierſtein* curtis I. tertium manipulum. decima. porcus XXX. numorum. II. anſeres IV. pulli. *de Cherſdorfe* curtis I. tertius manipulus. decima. porcus XXXV. nummorum. III. anſers VI. pulli

C. oua.

C. oua *de Chetenhaim* Talentum. *de Gozhalmingen* LXXX. nummos. *de Uriehuſen* II. curtes. decime. II. manipuli. *deHolz* II. curtes ſimiliter. *de Grethſtete* II. ſimiliter. *de Ekenhaim* LX. nummos. *de Wolkeringen* XL. *de Phunzen* de VI. manſibus *Horzehenden.* d) *de Zaizeringen* Curtis I. ſimiliter *de Epelkahaim* vas vini *de Sunderlitem* V. Lagene. *de Sheſenkaim* uas uini. *de Niderhaim* VI. *Sagmi.* i) *de Hus* uas uini. C. *Scotas* h) lini non purgati. *de Husmienigen decima* II. manipuli. *de Tierſtein* III. decima II. manipuli. *de Burchſtalle* XL. nummos.

f) Nota eſt diſceptatio ſuper ſenſum vocis *Uriſching*, ſeu *Friſchkingus*. ſcilicet an Ovim an Porcellum deſignet. Heic vero *Porcellum* intelligi ſuadere videtur, quod quotieſcunque de porco ſermo ſit adjiciatur pretium XXX. nummorum, adeoque *Friſchingus* hic deſignat *Porcum* qui minoris quam 30. nummos æſtimabatur.

g) *Hophen*, forte *Hopfen* lupulus.

h) *Horzehenden, Harzehenden*, noſtratibus decimæ quæ de lino percipiuntur.

i) vox incertæ ſi quæ unqnam ſignificationis: memini quidem me alibi legere *Sagma*, *Sagmus* pro *ſubſtramine:* item pro *Sarcina*, quantam ferre poteſt *equus* unde *Saumroſs:* memini denique voculam *Saum* nonnunquam deſignare *Amphoram vini.* Iudicium ergo penes Lectorem ſit, quis ſenſus hic præferri debeat. Nobis quidem poſterior maxime arridet.

k) *Scota* forte *Schutte* manipulus.

NUM. LXVIII. circa AN. 1200.

Nouerit tam preſens etas, quam futura uniuerſitas, quod tres fratres Diethmarus, Gotſcalcus, Fridericus predium ſuum ſuper altare beate Marie delegauerunt pro remedio anime ſue & parentum ſuorum & tradiderunt confratribus ibidem Deo ſeruientibus. Poſt primam uero traditionem unus de predictis fratribus Fridericus nomine per importunitatem ſuam acceptis uiginti denariis a prepoſito *Adluno* l), & fratribus eccleſie idem predium ſuper altare ſancte Marie ſecundario tradidit. Huius rei teſtes ſunt *per*

aurem tracti m). Otto de Mochlnhaim. Erneſt Diſpenſator. Gotfridus eccleſiaſticus. Wolfrit ſenior & filius eius. Ronbertus Textor. Menehardus. Hartwicus Faber. Engelbertus. Pertholdus. Ainwicus. Reinbertus. Chunradus. Erneſto. Friſcal. Heiricus. Bartholomeus.

l) Vixit is circa initia ſeculi XIII. A. 1215. jam defunctus.

m) De hac ſolenni apud Bajoarios noſtros formula heic dicere non vacat. Notaſſe ſufficiat jam inde a primis gentis jurisque noſtri incunabulis uſu veniſſe ut teſtes ad majorem examinis firmitatem per aures traherentur. vid. lex. Bajuv. Tit. XVI. §. 2. Cæterum rara omnino ſunt ſeculo XII. exempla teſtium per aures tractorum, rariſſima ſeculo XIII. Nec facile deprehendes uſum poſt annum 1250.

NUM. LXVIII. circa AN. 1200.

Notum ſit tam preſentibus quam futuris, qualiter *Rudiger de Warmtingen* tradidit predium ſuum Warnting, *Altmannus*, & *Oulricus de Talheim* ea conditione ad perſoluendos XL. nummos annuatim, ut poſt obitum illorum libere eccleſie ſancte Marie ſeruiat. Et huius rei teſtes ſunt *Chunradus Curre* n). *Heinricus de Tanne. Gebehardus de Tambach. Chunradus de Wiare. Oulricus* Grev de *Ouge* (Au) Engelbertus Grev de Ouge & cognati eorum. Wengare. Rudiger. Gothalme. *Heinricus de Rute. Altmannus & frater eius Rudiger de Talheim. Rudiger de Atinchirchen & filius eius Rudiger*, & alii quam plures.

n) De pervetuſta & celebri *Curronum* L. Curronum Hagenſium Dominorum gente infra uberius agetur; heic ſolummodo monendus erit Lector extinctam eam eſſe An. 1245.

NUM. LXIX.

Notum ſit tam preſentibus, quam futuris, quod *Heinricus* ſacrus tradidit predium ſuum Prute ſuper altare ſancte Marie cum conſenſu Domini ſui *Heinrici iudicis de Harſchirchen*. Et huius rei teſtes ſunt *Heinricus de Ramſaive. Willehalmus de Pouch. Heinri-*

cus

us de Trvchlaichn, & frater eius Chounradus. Zolle. Chounradus. Gotfridus Diſpenſator eccleſie. Erneſt. Fritſolch. Heinricus Loſenapf. Dietmarus piſtor. Albertus carpentarius. Heinricus Hechelere. Pernhart. Oulricus cocus. Merboto. Gerhalm edituus & alii quam plures.

NUM. LXXI.

Pateat Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod *Heinricus iudex de Harſchirchen* emit predium in *Aittenpach*, quod delegauit ſuper aram ſancte Marie ad perſoluendum quinque numos in die aſſumptionis ſancte Marie & poſt obitum ſuum libere ſeruiat eidem eccleſie. Et huius rei teſtes ſunt *Heinricus de Ramſawe. Wilhalmus de Pouche. Heinricus de Truchlaichn & frater eius Chunradus. Chunradus Zoulle.* Gotfridus Diſpenſator eccleſie. Erneſt. Fritſolh. Heinricus Loſenapf. Dietmarus. Albertus carpentarius. Heiuricus. Hechelare. Pernhart. Oulricus cocus. Roupertus filius carpentarii. Merboto. Gerhalmus edituus & quam plures.

NUM. LXXII.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod dominus *Syboto Sewenſis de Iſoulvingen* miniſterialis *Comitis de Waſzerbourch* cum conſenſu & uoluntate uxoris ſue *Iute* & heredum ſuorum ſeruum ſuum Sybotonem nomine cum prediolo, quod idem ſeruus habere dinoſcitur *Kersdorf* ad ius & proprietatem eccleſie ſancte Marie de Garze pro remedio anime ſue, & ſuorum titulo donationis tradidit. Et huius rei teſtes ſunt. *Henricus Marſcalcus de Megelingen*, qui ipſum ſeruum cum predio, loco iudicis de Megelingen, ſub protectione domini noſtri Archiepiſcopi recepit. Item Eberhardus catus. *Fridericus miles de Kersdorf.* Ulricus Zuſarius. Syboto. Gruel. Gutfridus adminiſtrator de Garze. Goutfridus.

dus. Straif. Dominus Richerus plebanus de Iſoluingen & alii quam plures.

NUM. LXXIII. circa AN. 1219.

Nouerit cum preſentibus futura poſteritas, quod Dominus *Wernherus miles de monte* ob remedium anime ſue & ob amorem carnis ſpecialem *Gertrudam filiam* ſororis ſue, cum eſſet *mancipium ſuum legitimum ex manu Archiepiſcopi* Salisburgenſis conuenit & decreuit cum fratre eiusdem Gertrudis, *Ludwico* ſacerdote, contradere alicui eccleſie; ne a filiis ſuis iugo, ac natura proprietatis damnaretur cum pueris ſibi naſcituris: & talis traditio ac conuentio ad eccleſiam Garzenſem eſt deuoluta, preſente *Heinrico prepoſito* o), & Archidiacano tali conditione interpoſita, ut Heinricus Brantel duceret eam legitime, & honeſte. Quam & ipſi modico tempore copularet & ut id factum proſpere curreret, XIII. ſolidi Ratisponenſis monete dati ſunt ab eccleſia Garzenſe uxori eiusdem Wernheri ut eo leuius allicerentur & flecterentur, & illa per manum Roudgeri fratris ſui iuri ſuo penitus ceſſit & ſollemniter predicta confirmauit. Super quo ſententiatum fuit, ut preſente Domino Archiepiſcopo mancipium illico ad ſedem ſuam recurreret, & Domino *Heinrico iudice de Tanne & Domino Purchardo & Domino Rudgero de Aich, & ipſo Wernhero* mediantibus a manu pontificiali Garzenſis eccleſie delegaretur, quod factum eſt, nam uenerabilis Archiepiſcopus *Eberhardus* p) ex gratia & pietate ſua omne genus dubii abſtulit, ex manu ſua tradidit proprium, quod fuerat militis beneficium, & perpetuo confirmauit. Ne autem in poſterum cauſis & queſtionibus incidentibus & emergentibus dubiis ſcrupulus oriatur, teſtes idoneos aſſcribimus. Heinricus prepoſitus, & Archidiaconus. Gerwicus ſacerdos. Fridericus ſacerdos. Berhtoldus ſacerdos. Canonici Ludouicus ſacerdos. Heinricus ſacerdos. *Heinricus iudex de Tanne. Heinricus & filius eius Cuno.*

Cuno Gibingare. Purchardus miles. *Rudigerus de Aich & Wernherus.* Hii fuerunt principium & concluſio. Heinric Brantel. Roupertus Stupfar. Pertholdus de foro. Heinricus Heim. Peucar. Dietmarus Hobsman. Ernſt. Friſolt. Merbot. Heinricus Oric. Fridricus Studach. Hermannus Piſtor. Chounradus Hartune. Henricus de Truibah. Volricus Sutor. Albertus Sutor. Gotfridus de Moucheim. Heinricus de Owa. Pertoldus de Seben. Oulricus cocus. Chounradus de Sewen. Pertholdus Chranſturm. Rumpertus. Gotfridus, aliique plures.

o) Heinricus II. Præpoſitus vixit An. 1219.
p) AEpiſ. Salisb. ab An. 1200 - 1246.

NUM. LXXIV. circa AN. 1220.

Nouerint cuncti fideles *Ulricum de Pernheim* & uxorem ſuam *Irmgardem* partem ſuam, quam cum clauſtro Garzenſe in predio Pernheim habuit, in quo Friderich Gigare ſedit, coram Liebardo iudice receptis VI. libris Ratisbonenſis monete iure proprietario eccleſie Garzenſi in manum prepoſiti *Heinrici* delegaſſe: ſed cum quidam *pueri ſui* deeſſent, ſententiatum eſt, ut pars illa prefati predii in uiginti libris Ratisponenſium obligaretur, & ſic ſiquis donationem parentum ſuorum infringere uellet XX. libras eccleſie Garzenſi reddere cogeretur. Huius rei teſtes ſunt, Liebardus iudex. *Heinricus Tannar. Heinrich Giebingar. Heinrich nagelle. Wernher de Monte. Gebehart de Percheim. Heinrich & Chounrat de Chazbach.* Rahewin. Eppo de Cutenbach. *Dietmar & Friderich Fruintolieſen. Heinrich Herbreitinger Brunwart de Hartingen* & alii.

NUM. LXXV. circa AN. 1220.

Nouerint fideles, litem inter Garzenſem prepoſitum H. & *Heinricum militem de Aich* pro nemore in Schambach ſic eſſe ter-

minatam, ut due partes nemoris & quodquod in eo cultum fuerat in uſus eccleſie Garzenſis ex inſtantia prepoſiti *Heinrici* tunc & deinceps cederet, tertia parte nemoris prefato militi ſic dimiſſa, ut quandoque Zelo iuſtitie inductus partem ſibi indultam eccleſie Garzenſi redonaret. Huius rei teſtes ſunt Tannare q). Gibingere r). Gebehart. Purchart. Nagillin & ipſe *Heinricus & fratres eius Heimo & Roudiger de Aiche. Herbrechtingere.* Gotfrit. Landolt.

q) Id eſt nobiles de Tanne.
r) Id eſt nobiles de Gibingen.

NUM. LXXVI.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod Ulricus Decanus in Amphingen pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum predium, quod in *Stutheim* poſſedit ſuper altare ſancte Marie Garze tradidit ea conditione & conſenſu Domini *Sibotonis de Surberch*, cui hereditarie illud ceſſiſſet, *ut Ulricus fratuelis ſuus, licet illegitimus eſſet*, ad tempus uite ſue poſſideret. Quod factum eſt in preſentia *Comitis Chounonis aduocati* eiusdem eccleſie, & iudicis Heinrici de Kimpach. Huius rei teſtes ſunt *Heinricus de Gundingen. Chunradus de Friheim & frater eius Rondolfus de Lucelnchirchen. Ulricus de Wilchirchen.* Chounradus prepoſitus de Amphingen & fratres eius. Ortwinus uillicus & Decimarius ibidem. Ernuſtus filius prepoſiti Wecel. Ortwinus faber. Henricus Hamerl. Hartwicus de familia eccleſie. Ernſt Prepoſitus. Gotfridus & alii quam plures.

NUM. LXXVII. circa AN. 1220.

Prefatum igitur predium in Stutheim a duobus fratribus Roudegero & Chunrado Viener dictis Eccleſie ſancte Marie in Garze ſubtractum Hainricus ipſius Eccefie Prepoſitus redemit VI. libris & media Ratisponenſis monete a uiris predictis & a duobus puerulis

lis nepotibus ipſorum, qui ſe ius quoddam habere dicebant. Tali conditione interpoſita ut ſiquis ſucceſſorum illorum in predio quidquid iuris poſtmodum ſibi uendicare uellet, ipſi rebus ſuis eidem Eccleſie liberum facerent. Huius rei teſtes ſunt D. *Heimo de Aich D. Arnoldus de Wenge. Ulricus de Pernhaim. Gotfridus de Altenmuldorf. Chounrat de Puechbach. Pruno de Harting.* Rudelinus de Moultorf. Albero iudex. Ruſticus. Hortwinus.

NUM. LXXVIII. circa AN. 1239.

Nouerint omnes fideles preſentes & futuri, quod albertus ſutor quoddam predium gerhalmingen ſuper altare beate uirginis preſente uenerabili prepoſito *Friderico* s) uiua uoce delegauit, tali conditione, ut pro uite ſue tempore in Eccleſia Garz prebendam haberet conſtitutam, & deinceps ſeruiret preſcripte eccleſie. Et ut ſuper tali contractu omne genus exactionis dirimeretur, ab Erdruda ſorore ſua, & nepotibus ſuis partes ſuas abſoluit, & illi ſuper altare beate Marie ſolemniter delegauerunt, facti teſtes ſunt Chuno, Fridericus. Heinricus ſacerdotes & Canonici. Erneſtus canonicus, purchardus miles, *Heinricus miles de Tanbach. Roudigerus de Aich.* Brantel. Fritoldus. Heinpeutar. Gerloch. Vblaker piſtor. Percheimer cocus. Chounradus ſutor, & alii quam plurimi.

s) Fridericus præpoſitus obiit. 1239.

NUM. LXXIX. circa AN. 1230.

Nouerint tam preſentes quam futuri Chriſtiani, quod ego *Fridericus* prepoſitus in Garz comparaui predium in Warmtinge pro ſex libris Ratiſponenſibus a Domino *Eberhardo de Talhaim*, omnibus heredibus illius predii conſentientibus, & iuri ſuo abnegantibus in *Taufchirchen*, preſente Heinricho Decano, & omni plebe illius eccleſie, quod etiam confirmauit in foro garz per manum

Domini

Domini *Liebhardi Judicis*, quem etiam ad tuendum *iam dictum* predium ecclesie Garzensi elegimus t). Huius rei testes sunt Fridericus. Hainricus canonici garzenses, de militibus. *Purechardus. Hainricus. Rogerus. de Tampach. Rudegerus de aich. Welfhamus de Talhaim. Hainricus grevenavge.* de civibus magens. Tremo. Vlcelo. Palvinus Schercellarius, de familia ecclesie Prantelo. Pruno. Adtolfus. Hartingerus & alii quam plures. Item idem prepositus emit alteram partem in eodem loco a domino *Wolframo de Talheim* pro quarta dimidia libra Ratisponensi consentiente uxore & heredibus, presente Domino *Liebhardo* & aliis testibus iam prescriptis. Insuper scire cupio cunctos fideles, quod post iam dicta predia, basilicam sancti Spiritus per manus meas constructam, dum dedicaretur, dotavit, adiungens talem conditionem, ut omnes successores mei capellam eandem illuminent per reditus, horum prediorum & fratribus in octava die dedicationis consolatio prouideatur. Qui autem hoc infringere temptaverit per Episcopum dedicantem se nouerit anathematis uinculo innodatum.

t) Advocatus prædii.

NUM. LXXX. circa AN. 1230.

Notum sit universis fidelibus, quod Fridericus Prepositus noster in garz emit predium in Pernhaim in usum garzensis ecclesie a Domino *Vlrico* milite, uxore ipsius, & filiis, & filiabus consentientibus pro summa X. librarum Ratisponensis monete, quod per abnegationem puerorum suorum factum in Muldorf idem Vlricus plenius confirmauit. Huius rei testes sunt de Clericis Fridericus. Hainricus. Vlricus. Ernesto. Hainricus de Muldorf. de familia ecclesiæ Prantelo. Adtolfus. Pruno Perchaimenses. Hartingus. Vbellacher. Hainricus Serge, de civibus

in

in Moldorf. Preu - Magiſter cum duobus filiis, hoc eſt Ruſticus. Rudegerus. Conradus. Wirnto & alii quam plures. Item idem Fridricus emit predium in eodem loco ſitum pro V. talentis a quadam muliere, que fuit de familia Eberſpergenſis eccleſie per uoluntatem abbatis & totius conventus, quod etiam confirmauit per manum *Salmani* u) & Chunradi Hofmagiſtri, huius rei teſtes ſunt de clericis, Fridricus. Hainricus. Vlricus. Erneſtus. Pertoldus. Plebanus in Albichinge. Hainricus Plebanus in Permanningen, de Laicis. Prantelo. Hainricus Scerge Prono. Adtolfus. Hartinger. de colonis in Pernhaim. Fridricus. Fridericus. Eglofus. Hainricus & alii quam plures.

u) *Salman* vid. infra Monum. Rotens. Num. 201.

NUM. LXXXI. circa AN. 1230.

Item idem Fridricus Prepoſitus emit predium in Herishaim apud Heinricum Janitorem pro ſexta dimidia libra, uxore & filiis ipſius conſenſum prebentibus, & pratum ab eodem Henrico redemit quondam pro una libra obligatum. Cuius rei teſtes ſunt, Grvenougus. Hainricus. Rudigerus. Vlricus. Vlricus gener eius. Chunradus Moſel. Stochaimer. De clericis. Fridericus. Hainricus. Vlricus. Erneſtus. De laicis. Prantelo. Pvvno Vblaccher. Adtolfus. Hartinger. Haimpinter & alii plures.

NUM. LXXXII. circa AN. 1230.

Item notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod temporibus Friderici Prepoſiti quidam cæcus nomine Chunradus Alber cum uxore ſua tradiderunt eccleſie garzenſi predium ſuum in Müchelhaim per voluntatem & aſſenſum domini Epiſcopi Salzburgenſis, petens, ut ipſe cum uxore ſua ibidem, quamdiu uiuerent, paſcerentur.

Huius rei teſtes ſunt, de Clericis Fridericus. Hainricus. Ulricus. Erneſtus. Hainricus. Purchardus. Hainricus. Rudegerus. Rudegerus de Aich. Milites. Hainricus. Wernhardus. Haiar'cus. Ciues de Garz. Albertus Ucel. Tiemo. Magens. Chounradus. Hainricus & alii quam plures.

NUM. LXXXIII. circa AN. 1230.

Item ſub eodem prepoſito Friderico quidam ciuis de Moldorf nomine Preumagiſter donauit eccleſie Garzenſi VII. libras pro remedio anime ſue & uxoris, pro quibus ſepe dictus prepoſitus emit predium ſitum, in *Cheminatem* aput prepoſitum in Pihertinge, capitulo & familia conſentiente, quod & per ſigillum ſuum plenius confirmauit. Cuius teſtes. Abbas de Atel & totus conuentus & alii quam plures.

NUM. LXXXIV. circa AN. 1230.

Nouerint tam futuri quam preſentes, quod quidam duo fratres de familia Meglinge tradiderunt nobis duo predia in Meinratinge, & Hounen, ut ipſos, quamdiu uiuerent, paſceremus, & in remedium animarum ſuarum, ſuper quibus ſororii ipſorum nos moleſtauerunt, litem nobis inferentes, nos autem & illi compromiſimus in arbitros, per quos lis ſic fuit deciſa, quatenus nobis Hounen cederet abſolute, & illi Meinratinge acceperunt a nobis in beneficium hereditarium ſub tali pacto, ut annuatim nobis inde LXX. Ratispon. perſoluere non obmittant. Sin, illi a iure ſuo caderent. Huius rei teſtes ſunt de Clericis Fridericus. Hainricus. Ulricus. Erneſtus. Heinricus. de Militibus. Purchardus. Hainricus. Rudegerus. Rudegerus. ciues de foro. Familia & clauſtro.

Num.

NUM. LXXXV. circa AN. 1230.

Quia genus humnum cum tempore labente dilabitur, ut ea, que noſtris temporibus geruntur, non deueniant in obliuionem, hoc uti ſolemus remedio, ut facta noſtra ſcriptis commendamus, que ſucceſſorum noſtrorum memorie volumus commendare. Nouerint igitur tam futuri quam preſentes, quod uenerabilis Fridericus Prepoſitus in Garz eccleſie predicte emit quoddam predium in Uoglara a quodam miniſteriali ſancti Rudberti nomine Gotlint & pueris ſuis pro quatuor libris & LX. denariis Ratisponenſibus. Hec autem tradito facta eſt de bono conſenſu amicorum ſuorum. Huius itaque rei teſtes ſunt de Clero. Fridericus. Hainricus. Ulricus. & alii plures. Purchardus miles. Otto de Ghay. Ulricus de Holzhouſen. Chounradus Trilier. Engelhadus. Dietmarus cellarius Chounradus. Pruno. Chounradus eccleſiaſticus. Attolfus & alii quam plures & familia eccefie.

NUM. LXXXVI. circa AN. 1210.

Nouerint omnes fideles tam preſentes, quam futuri, quod quidam *Uolcholdus de Aigelshaim & Uxor* ſua *Hitigardis &* filius eius *Hainricus* a lite receſſerunt, que inter eos, & eccleſiam noſtram habebatur, pro predio in nouali ſito, & libere tradiderunt tam ius proprietatis quam aduocatie ſuper altare beate Marie pro remedio anime ſne & parentum ſuorum & filii ſui *Rudberti* occiſi & excommunicati, cui dominus Archiepiſcopus Eberhardus Salzburgenſis ex rogatu Patris & parentum & Adleuni Archidiaconi Garzenſis ſepulturam conceſſit hac conditione, quod predictum predium beate Marie & fratribus ibi Deo ſeruientibus, libere concederetur, quod ita factum eſt preſente iudice Hainrico de Harſchirchen, Huius rei teſtes ſunt *Liebhardus* de Roth. *Hainricus de Gonding. Hainricus de Giebing. Ulricus de Auſte & frater ſuus* Sighardus.

Otto. Ulricus. Engelhadus. Ulricus Tannare. Perchtolt. Landoldus. Erneſto Diſpenſator. Altfridus eccleſiaſticus. Gotfridus Holzhaer. Gotfridus. Erneſto Tornator. Ulricus Cocus. Merbato. Marquardus. Wrgelham. Fritſolus. Engilbertus Pictor.

NUM. LXXXVII.

Nouerint Chriſti fideles tam preſentes, quam futuri, quod Philippus plebanus de Schonberch peedium in Stainſtraz cum conſenſu fratris ſui *Waltheri de Winzen*, & parentum ſuorum ſuper altare beate Marie tali conditione tradidit, ut in die beate Catharine ſeruitium predicti predii adminiſtretur, & fratri ſuo Waltero pro aduocatia octo denariorum annuatim tribuantur. Huius rei teſtes ſunt Fridericus Presbiter. Heinricus Presbiter. Ulricus presbiter. Wernhardus presbiter. Heinricus presbiter de Azſchoue. Eingilbertus miles. Heinricus. Ulricus. Fridericus. Heinricus cellarius. Gotfridus. Fridericus. Siboto. Merboto. Heinricus. Eberhardus. Heinricus. Chounradus. Attolfus. Hermanus.

NUM. LXXXVIII.

Notum ſit tam preſentibus quam futuris, quod miles *Rudegerus* dictus *Grunogen* vir nobilis tradidit Eccleſie ſancte Marie in Garz quosdam homines uidelicet Albertum fabrum de Furt & uxorem ſuam Offiniam cum filiis & filiabus eorundem genitis & naſcendis pro remedio anime ſue libere & ſolempniter.

Num.

NUM. LXXXIX. circa AN. 1140.

Notum ſit omnibus Eccleſie filiis quod idem, qui ſupra uir nobilis *Wernherus de Geppinheim* traditionem prediorum quam fecerat ſolempniter coram *aduocato Counone*, *& filio eius* multisque teſtibus nondum habens uxorem & filios, cum ex *ancilla aduocati Mathilda* filios & filias ſuſcepiſſet multis modis in irritum ducere temptauit contradicente ſibi fortiter prepoſito *Hugone* x), ſub quo traditio facta fuerat, eousque, ut tandem multis placitis cum illo decertans legaliter per ſententiam ſcabinorum optineret poſſeſſionem prediorum coram comite Rapotone, qui ad reſtituendam Eccleſie poſſeſſionem ſcabionem unum,& duos precones deſtinauit. Cum necdum ceſſaret Wernherus ſed intentiſſime niteretur ſpoliare beatam Dei Genitricem Mariam ſanctamque Radegundem bonis, que dederat, ſuggeſtione uxoris, que eum ad tale facinus inceſſanter impulit: prefatus Hugo prepoſitus querelam Archiepiſcopo Salzburgenſi uenerabili depoſuit Eberhardo y), qui eundem Wernherum a diuinis eliminauit, quousque litem remitteret. Mortuo interea Hugone prepoſito, cum ei ſucceſſiſſet Henricus prepoſitus, mortuo Wernhero ſtatim poſſeſſionem occupauit & de bonis eccleſie datis ſe intromiſit. Uxor autem Mathilda corpus Mariti mortui, qui ſe Garze ſepeliri cum progenitoribus ſuis longe petierat, Oweh ſepeliendum detulit,ut cuius elemoſinam beati Dei Genitricis fraudulenter ſubtrahere conabatur, etiam cadauer ei aufferret. Sepulto itaque uiro, autoritate pariter & potentia aduocati Domini ſui mox

bona predicta inuasit, sibique seruire fecit cum mancipiis, que, sicut supra dictum est, Ecclesie tradita fuerant. Ob hoc prepositus *Heinricus* z) aduocatum sepe oportune satis & importune monuit, obsecrauit, & arguit. Sed nihil omnis conatus eius perfecit. Mathildis siquidem mulier predicta, que maritum suggestionibus seduxerat, etiam Dominum suum & beatam uirginem Mariam precibus iniquissimis erexit. Fauore itaque Domini sui non paucis annis inuasis usa prediis, cum ecclesia iam nihil spei haberet, & illa nihil amplius de amittendis, que uiolenter tenebat, timeret; muliebri subito leuitate aut curiositate cum magno fastu in Saxoniam iter dirigit. Quapropter intentione eius cognita prepositus per Decanum & parochianum Udalricum de Emphingen litteris ei directis pro rapina acerrimo edicto interdixit, si moreretur, corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & ne corpus eius in cimiterio sepeliretur, & ne intraret Ecclesiam Dei, nisi resipiscceret. Hac necessitate compulsa impetrauit a Domino suo antequam se moueret, cum tamen iam esset in procinctu, diem constitui, & litem terminari, quolibet modo tentatam, ut filii ipsius ab hereditate patris non omnino ejicerentur. Die igitur constituta uenit aduocatus multis stipatus militibus adducens secum & illam, & per multos circuitus diuersorum consiliorum uidens prepositus nihil aliud superesse, nisi uel omnia perderet, uel ex multis aliqua acciperet, melius esse arbitratus est, aliquid quam nihil lucrari maxime destitutus omni solacio maioris & melioris iudicis, ad quem

pro-

prouocare utile ſibi putaret. Unam itaque, quam Erwinus inhabitabat, dum uiueret, curtem, accepit aliam, que in pignore poſita fuerat pro quinque libris nummorum tali ratione, ut ſi eam uendere uellet Wernher nulli prorſus alii, quam eccleſie daret pro competenti augmento pecunie & refutauit cum predicta pecunia nec non & familiam totam, omnem uidelicet poſteritatem Erwini & Enzimani. Sciendum autem, quod eandem refutationem prepoſitus non pro alio quoquam niſi pro ſe ſolo fecit, ut ſi uel Archiepiſcopus uel de fratribus quisquam litem redintegrare uellet, a cauſa repelli nullatenus poſſet. Refutatione facta Otto filius predicte Mathildis ſimul cum Matre pro omnibus fratribus & ſororibus refutationem fecerunt curtis, que in partem ceſſit eccleſie, iurauitque idem Otto, quod adduceret nepotem ſuum filium Willihalmi patrui ſui, ut eandem curtem daret eccleſie, eoquod in manu eius diceretur conſiſtere traditio, utriusque autem refutationis, & quam fecit Mathilt & filii eius *Otto*, & frater eius *Udalricus* & cunctis aliis, quorum lis eſſe uidebatur, nec non & iuramenti, quod fecit Otto, ſicut dictum eſt: Teſtes ſunt *Heinrich de Ramſowe. Eppo & Otto de Kirchdorf. Roupert filius Eponis. Wilihalm de Rimpach.* Heinrich iudex. Arnolt. Sachſo. Adelo de Megilingen. Rudiger de Arnowe. Sigihart cognometo puer. Counrat de Tegernbach. Engelbertus filius Erwini. Sigehardus filius Gebehardi.

x) Qui circa An. 1136. præfuit.
y) Eberhardus I. qui vixit 1147-1164.
z) Circa Annum 1160.

Num.

NUM. XC.

Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris, quod duo fratres Chounradus & Rudolfus predium suum, quod habuerunt in Mehslingen, quod de Patrimonio in protectionem eius euenerat pro remedio anime sue, & parentum ipsorum sub censu duorum denariorum super altare beate Marie delegauerunt. Huius rei testes sunt. *Seuridus de Rietbach. Geberhardus de Monte. Engelbertus de Nouali.* Ernesto Dispensator. Hartwigus fames. Walchounus auunculus. Merhart agricultor. Ernest tornator, Walchounus Magister hospitum. Merbot. Keinfritus. Ulricus puozan. Gotfridus Ecclesiasticua. Hermanus, Engelbertus. Heinric bubulcus. Benhard furdus. Sibot Ubelaker. Heinric brantel. Ulricus cocus.

Diplo-

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

NUM. I. circa An. 1159.

Alexander III. P.M. præcipit Clero, ut Archidiacono Garſenſi ſubiectus maneat.

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis omnibus Presbiteris & Clericis in Garzenſi Archidiaconatu conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Qui Magiſtris & Prelatis ſuis inobedientes & rebelles exiſtunt, & eis debitam reuerentiam & obedientiam exhibere contemnunt, grauiter procul dubio peccant, quia diuine Maieſtatis aſpectum offendunt, & idololatrie ſcelus incurrunt. Nam quanta ſit obedientie uirtus, primi parentis inobedientia euidenter oſtendit. Sane cum per primi hominis inobedientiam humanum genus celeſtem illam beatitudinem & angelorum conſortia miſerabiliter amiſerit, neceſſe eſt, quod eadem ſecundi hominis obedientiam & patientiam imitando ſtudeat adipiſci. Inde eſt, quod univerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta precipiendo mandamus, quatenus dilecto filio veſtro H. Prepoſito noſtro, quem intuitu ſue probitatis & deuotionis, quam erga ſacroſanctam Romanam Eccleſiam & nos ipſos laudabiliter exhibet, arctioris caritatis brachiis amplexamur, debitam in omnibus obedientiam & reuerentiam exhibeatis, & eum tanquam patrem & magiſtrum ueſtrum honorare curetis. Si quis autem veſtrum procacitatis & ſuperbie ſpiritu agitatus ei obedire contempſerit, ſententiam, quam ipſe in eum propter hoc rationabiliter promulgauerit, nos auctore Domino ratam & firmam habebimus. Dat. Tuſculan. XVII. Kal. Julii.

NUM. II. circa AN. 1163.

Sententia Eberhardi A Epiſc. Salisb. ſuper prædium Ernſtingen.

†. Notum facimus omnibus XPI. fidelibus futuris retro temporibus & preſentibus, qualiter ad vicem preſencie noſtre diu uentilatam & in noticiam plurimorum deductam actionem cauſe quorundam, utrinque partem ſuam defendentium, pro predio quodam contendentium certis conuentionibus communicato conſilio terminauimus & ſcripto memorie commendandum duximus. Predium quod felicis memorie *Abram* a). miniſterialis eccleſie noſtre pro remedio anime ſue, Garzenſi Eccleſie donauerat & multis atteſtationibus coram nobis confirmauerat, *Heinricus de Hegile* utpote vir prepotens inuaſiſſe dicebatur ac tenuiſſe, & ſic deceſſiſſe: per ſucceſſiones uero temporum, Meingotus ex donatione ſue coniugis filie predicti Heinrici idem predium ſuum eſſe dixit, querimonias coram nobis depoſuit quas iure proprietatis Garzenſis Eccleſie prepoſitus Heinricus ſe tuendo remouere conatus eſt & ſic res in dubium proceſſit: auditis & cognitis allegationibus utriuſque partis, Huius tandem controuerſie repugnantiam hoc modo noſtra diligens ſollicitudo diremit, ut Meingot & ſua coniux Diemuth quoaduſque uiuerent predium curas in loco Ernſtingen cum uſufructu tenerent, & iure beneficii de manu Prepoſiti H. poſſiderent: additis inſuper duobus talentis: manſus uero dimidius in loco Yſim prefato Prepoſito maneret; poſt eorundem autem duorum ſepe dictorum deceſſum Meingoti videlicet & uxoris ſue: nullis impedientibus obſtaculis heredum itidem cum integritate reciperet Garzenſis Eccleſie ſue predium. Huius rei teſtes ſunt *Hartmannus de Nuzdorff. Karolus Pincerna. Duringus de Weruen. Harthnidus Caſtellanus. Marquardus frater ſuus. Ruodogerus filius ſororis ſue. Rudolfus de Truntorf. Gerhartus de Mornbunt. Engilramus de Egisdach. Heinricus de Siesdorf. Othalricus de Athnat. Pertold de Sitilin-*

lingesdorff. Otto de Suntermaringen. Wernher de Chouchaim. Datum ab incarnat. Dom. M. C. LXIII. pontificatus autem Domini Eberhardi Iuuauenſis A Epiſ. XVII. in loco qui dicitur Hallabruck feliciter amen.

a) Auram de Iſena vid. trad. 4. & 17.

NUM. III. circa AN. 1166.

Conradus II. A Epiſc. Salisburg. Canoniam Garzenſem in protectionem S. Ruperti ſuſcipit eiuſque iura ac poſſeſſiones confirmat.

†. CHonradus Dei gratia Salisburgenſis Eccleſie humilis Miniſter & apoſtolice ſedis legatus Garzenſi Prepoſito Johanni & fratribus ſuis in perpetuum. Deſideriis que religionis ſtudio vel bonorum utilitatibus inniti videntur promtis nos oportet animis intendere quatenus bona voluntas & de adeptis gaudeat votis & innouatis iuribus alacrior opus perficiat ſanctitatis. Quapropter filii in Chriſto dilectiſſimi quia in loco Garzenſi in quo divino mancipati eſtis obſequio, cuius etiam fundus ad ius beati Ruoberti pertinere dinoſcitur, nos auxiliante Deo communis vite decorem inſtituere & reformare & tam in temporalibus quam in ſpiritualibus promovere intendimus ; eundem locum ſub ipſius ſancti Roberti atque noſtram protectionem ſuſcipimus ſancte & indiuidue trinitatis autoritate: ſecundum petitionem veſtram ſtatuentes, ut ordo canonicus quem ſecundum beati Auguſtini regulam profeſſi eſtis ibi immutabiliter omni tempore conſeruetur. Nemini etiam profeſſionis veſtre ſine prepoſiti licentia de clauſtro veſtro nec arctioris religionis nec alicuius occaſionis obtentu liceat diſcedere, quam diu videlicet tenor canonici ordinis preſtante Domino inibi viguerit. Supra dicto quoque modo ſtatuimus atque preſentis

ſcripti pagina confirmamus ut quaſcunque poſſeſſiones vel quecunque bona in preſentiarum eadem Eccleſia iuſte & legitime poſſidet vel in futurum largiente Domino quibuſcunque juſtis modis adipiſci potuerit, firma uobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hec propriis annotare viſum eſt vocabulis: omnes decime barrochie veſtre, in qua monaſterium veſtrum conſiſtit & alie decime quas ſive in Epiſcopatu Salzburgenſi ſiue in EpiſcopatuFriſigenſi Eccleſia veſtra iuſte & legitime poſſidet. Omnes etiam decimede noualibus Garzenſis foreſti inter Bramberch & Holenſtein nec non & ſylvam Aichinaue quam Conradus Salzburg eccleſie AEpiſc. ſenior Eccleſie veſtre contulit. Capellam quoque Bourtten cum dotibus & decimis quam eiusdem loci prepoſiti habuerunt, nos in communem uſum fratrum regularium ibidem Deo ſeruientium tradimus & confirmamus. Predia etiam omnia que Auram de Yſene eccleſie veſtre contulit cum capella in eodem predio Yſene ſita, quam Conradus Salzburgenſis Eccleſie AEpiſc. petitione ipſius Auram cum omnibus ad eam pertinentiis Eccleſie veſtre tradidit & confirmauit. Predium etiam Bettenhaim cum capella in eo ſita, & alias ad veſtre eccleſie ius pertinentes. In Epiſcopatu quoque Friſingenſi capellas in ſundo Eccleſie veſtre ſitas, Sewen & Penmaningen cum decimis quas Prepoſiti eiusdem Eccleſie coram Ottone Friſingenſi Epiſcopo iuſte & legitime Eccleſiam veſtram poſſidere comprobauerunt ; nos confirmamus. Porro loci veſtri advocatiam decedentibus ſine herede filiis Chuononis de Megelingen nunc advocatis veſtris a quolibet hominum uſurpari ſiue detineri modis omnibus prohibemus : niſi quem Prepoſitus & fratres eunte ab AEpiſc. ſibi petierint conſtituendum. Obeunte te eiusdem loci prepoſito vel ad alterius eccleſie regimen transeunte vel tuorum quoque ſucceſſorum nullus ibi per violentiam, ſeu qualibet ſurreptionis aſtutia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut pars ſanioris conſilii ſecundum Dei

timo-

timorem, & beati Auguſtini regulam utiliter ſibi prouiderint eligendum. Sepulturam, quoque loci veſtri liberam eſſe concedimus ut eorum, qui inter Epiſcopatus noſtris terminos ſe illic ſepeliri deliberauerint, extreme uoluntati nullus obſiſtat, niſi forte quod excommunicati fuerint aut interdicti; exhibita parochiali Eccleſie competente iuſtitia. Ut autem cunctis in poſterum temporibus nihil ex his vel negligentia pretereatur, vel obliuione deleatur, paginam hanc conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione fecimus inſigniri.

NUM. IV. circa AN. 1185.

Lucius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Bertholdo eccleſie S. Marie in Garze Prepoſito, eiusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem uitam profeſſis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religioni & honeſtati conuenire dinoſcitur animo nos decet libenti concedere & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eapropter dilecti in Domino Filii, ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & preſatam eccleſiam S. Marie in Garze, in qua diuino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem eccleſia impreſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma uobis ueſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda nocabulis. Omnes decime Parochie ueſtre, in qua Monaſterium ueſtrum conſiſtit, & alie decime, quas ſiue in Epiſcopatu Salzburgenſi ſiue in Epiſcopatu Friſingenſi eccleſia ueſtra iuſte & legitime poſſidet. Omnes etiam decime de noualibus Garzenſis foreſti inter Bramberg & Holen-

ſtain nec non & ſyluam Aſchenawe, quam Conradus Archiepiſcopus ſenior eccleſie ueſtre contulit. Capellam quoque *Burthen* cum dotibus & decimis, quam eiusdem loci Prepoſiti habuerunt, nos in communem uſum fratrum regularium ibidem Deo ſeruientium confirmamus. Predia etiam omnia, que Auram de Iſene eccleſie ueſtre contulit cum Capella in eodem predio Iſene ſita, quam Conradus Salzburgenſis eccleſie Archiepiſcopus petitione ipſius Auram cum omnibus ad eam pertinentibus eccleſie ueſtre tradidit & confirmauit. Predium etiam Bettenhaim cum Capella in eo ſita, & alias Capellas ad ueſtre eccleſie ius pertinentes. In Epiſcopatu quoque Friſingenſi, Capellas in fundo ueſtre eccleſie ſitas Sewen, & Pennanigen cum decimis, quas Prepoſiti eiusdem eccleſie coram Ottone Friſingenſi Epiſcopo iuſte & legitime eccleſiam ueſtram poſſidere comprobauerunt, nos confirmamus. Sane noualium ueſtrorum, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium ueſtrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere preſumat. Liceat quoque uobis Clericos & Laicos e ſeculo fugientes liberos & abſolutos absque alicuius contradictione ad conuerſionem recipere, & in ueſtra eccleſia retinere.

Prohibemus iuſuper ut nulli fratrum ueſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem ſine Prepoſiti ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu, fas ſit de clauſtro diſcedere. Diſcedentem uero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis ianuis clauſis, non pulſatis campanis, excluſis excomunicatis & interdictis ſummiſſa uoce diuina officia celebrare. In parochialibus inſuper Eccleſiis, quas tenetis, liceat uobis ſacerdotes eligere, & dioceſano Epiſcopo preſentare, quibus, ſi idonei fuerint,

Epi-

Epiſcopus curam animarum committat, ut ei de ſpiritualibus, uobis uero de temporalibus debeant reſpondere. Porro aduocatum Eccleſie uoſtre, ſi male ſe geſſerit, liceat uobis ſine contradictione quualibet facere ab ipſo Monaſterio alienum, & loco eius alium idoneum, ſi neceſſe fuerit ſurrogare. Obeunte uero te nunc eiusdem loci Prepoſito, uel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu uiolentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, uel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & B. Auguſtini regulam prouiderint eligendum. Preterea ſepulturam ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum deuotioni & extreme uoluetati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati uel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat Eccleſiam ueſtram temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre uel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet uexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis Apoſtolice authoritate, & Dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere ueniretem tauerit, ſecundo tertioue commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactionec orrexerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitatec ognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diuine ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego

Ego Lucius Catholice Eccleſie Epiſcopus.
Ego Cheodirus Portuens, & S. Rufini ſedis Epiſc.
Ego Henricus Albanenſis Epiſc.
Ego Theobaldus Hoſtienſis & Velet. Epiſc.
Ego Joannes Presb. Cardin. Tit. S. Marci.
Ego Laborans Presb. Cardin. S. Marie trans tiberim Tit. Calixti.
Ego Pandulfus Presb. Cardin. Tit. XII. Apoſtol.
Ego Hubertus Tit. S. Laurent. in Damaſo & Sacrof. Rom. Eccleſie Cardinalis.
Ego Albinus Tit. S. Crucis Mierlin.
Ego Melior Presb. Cardin. SS. Joann. & Pauli Tit. Dagmachii.
Ego Adelardus Tit. S. Marcelli Presb. Cardin.
Ego Arditio Diac. Cardin. S. Theodori.
Ego Gratianus SS. Coſme & Damiani Diac. Cardin.
Ego Joffredus S. Marie in Vialata Diac. Cardin.
Ego Rollo S. Marie in Porticu Diac. Cardin.
Ego Petrus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tuliano.
Ego Addulfus S. Georgi ad velum aureum Diac. Cardin.

Datum Verone per manum Alberti S. Romane eccleſie Presbiteri Cardin. & Cancellarii Nouemb. Indictione IV. Incarnationis dominice Anno MCLXXXV. Pontificatus uero Domini Lucii Pape III. Anno IV.

NUM. V. circa AN. 1198.

Sententia ſuper Eccleſia in Purtten.

Celeſtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis, — Prepoſito & fratribus Garzenſis Eccleſie ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ea que de auctoritate ſedis apoſtolice ratione preuia ſtatuuntur, ne in recidive contentionis ſcrupulum relabantur, apoſtolico conuenit preſidio communiri. Eapropter dilecti in Domino filii

veſtris

veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu ſententiam quam dilecti filii Purchardus Eberſpergenſis Abbas & Chonradus Eccleſie S. Andree Friſingenſis Prepoſitus, a ſede apoſtolica iudices delegati ſuper controuerſia Eccleſie Purtinenſis, que vertebatur inter vos, & dilectos filios --- Prepoſitum & Capitulum Owen, canonice protulerunt: vobis & Eccleſie veſtre prefatam adiudicantes Eccleſiam: ſicut ab eis rationabiliter lata eſt, nec legitima appellatione ſuſpenſa, auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ad cuius facti maiorem euidentiam ſententiam ipſam de verbo ad verbum huic noſtre pagine duximus inſerendam: cuius tenor talis eſt. In nomine ſancte & indiuidue trinitatis. Ego Burchardus Eberſpergenſis Abbas & ego Conradus Eccleſie S. Andree Friſingenſis Prepoſitus accepto mandato a domino apoſtolico ſuper lite que vertebatur inter Garzenſes & Owenſes fratres de Eccleſia Purtim; ut nos eam auctoritate ipſius determinaremus: partem utramque auctoritate apoſtolica in loco Metropolitano Salzburgenſi conuenimus dantes eis inducias ut parati ex utraque parte venirent. Conſedimus igitur in Eccleſia baptiſmali eiusdem loci audituri cauſam partis utriusque. Procedentes ergo --- Prepoſitus Garzenſis & fratres ſui promiſerunt ſe probaturos iuſtam poſſeſſionem habuiſſe in Eccleſia Purtin quadraginta annis & amplius; & violentam eiusdem poſſeſſionis ſpoliationem, que facta fuit tempore ſcismatis, quando Egelolfus Imperatoris Capellanus intruſus fuit in eandem prepoſituram ab ipſo Imperatore, ob odium Alberti Salzburgenſis Archiepiſcopi qui tunc eidem preſedit eccleſie. Idem uero Albertus ob odium eiusdem intruſi eccleſiam Burtem alienare uolens a predicto inuaſore permitit eam ad tempus Owenſi prepoſito. Conradus uero nunc Moguntinenſis Archiepiſcopus qui tunc Salzburgenſi preſedit eccleſie in primo Capitulo ſuo ſepedictam eccleſiam Garzenſi reſtituit eccleſie; in cuius quieta poſſeſſione fuerunt donec ab Owenſibus

occaſione apoſtolicarum litterarum non citati nec conuicti rurſum uiolenter ſunt eiecti. Nos igitur audita probatione ſuperius premiſſa; qua probata fuit iuſta eorum poſſeſſio & per Owenſes uiolenta eiectio: cum delegata nobis ab apoſtolico auctoritate predictam Eccleſiam Burtenſem Eccleſie Garzenſi reſtituimus & Garzenſem prepoſitum & fratres eius in poſſeſſionem eiusdem capelle cum pertinentiis ſuis reimmittimus. Henricus Salzburgenſis Eccleſie Sacerdos plebanus curatus dixit, quod Eccleſia Garzenſis Eccleſiam Burtem cum pertinentiis ſuis bona fide & iuſto titulo poſſedit tempore Hugonis & Henrci Prepoſitorum Garzenſis Eccleſie plusquam XL. annis usque ad tempus ſciſmatis in quo tempore uiolenter eiecti ſunt. Ulſcaleus Salzburgenſis Eccleſie Cuſtos iuratus dixit: Garzenſem Eccleſiam predictam Burtenſem inſte poſſediſſe LX annis donec Owenſes uiolenter intrauerunt. Cunradus Decanus de Plidelueschirchen iuratus dixit notam ſibi eſſe iuſtam poſſeſſionem Garzenſium in Eccleſia Burtenſi ſexagenariam. Berhtoldus ſacerdos de Sewen iuratus dixit notam ſibi eſſe iuſtam poſſeſſionem Garzenſium in predicta Eccleſia usque ad tempus Egelolfi qui tempore ſciſmatis in eandem prepoſituram uiolenter intruſus fuit ab Imperatore ob cuius odium Dominus Albertus Archiepiſcopus permiſit eam Owenſi prepoſito: quam poſtea Dominus Conradus modo Mauguntinus Archiepiſcopus Iohanni prepoſito cum omni integritate reſtituit. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc noſtre paginam confirmationis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem &c. Datum Laterani IV. Non. Iuni Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

NUM. VI. Concordia circa Capellam Purten. 1204.

C. †. Eberhardus Dei gratia ſancte Salzeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus dilectis filiis Adeluno

luno Garſenſi Prepoſito, eiusque Fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem uitam profeſſis in perpetuum. Paſtoralis officii dignitatem credimus ſublimare, ſi is, qui preeſt ſubditorum ſollicitudinem tam pia prouiſione ſibi aſſumat, ut totum ſe pro gregis ſibi crediti conſeruatione ſuperne remunerationis intuitu non dubitet exponere. Unde memorie tam preſentium quam futurorum dignum duximus commendare, qualiter controuerſiam, que inter Prepoſitum Augenſem & Prepoſitum Garzenſem uertebatur pro Eccleſia, que dicitur Purten ad concordiam reuocauimus. Delegato igitur nobis & Prepoſito & Decano Chori noſtri a Domino Apoſtolico iudicio, ſcilicet Wernhardo & Hœrtfrido, pro litis eorum diffinitione, uocatis utrisque partibus, & intellecta ſuorum aſſertione inſtrumentorum, lite hinc inde interlocutoriis protracta, pro bono pacis totam cauſam cum abrenuntiatione tam iuris quam inſtrumentorum, cum coniuentia utriusque Conuentus, ſine contradictione & omni queremonia, poſtmodum & appellatione deciſa noſtre auctoritatis aſſumpſimus arbitrio. Quo facto, communicato conſilio Chori & miniſterialium cum omnibus ad eam pertinentibus prenominatam eccleſiam, Augenſi eccleſie adiudicauimus habendam, & Garzenſi Eccleſie aliam Eccleſiam, que dicitur Steuenskirchen cum omnibus ad eam pertinentibus contulimus, ut poſt deceſſum ſacerdotis, qui nunc eam legitime poſſidet, eadem Eccleſia perpetuo procurationem ſacerdotis a Garzenſibus haberet. Statuimus quoque ut quascunque poſſeſſiones, uel quecunque bona in preſentiarum eedem Eccleſie iuſte & legitime poſſident, uel in futurum largiente Domino, quibuscunque iuſtis modis adipiſci potuerint, firma nobis ueſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Ut autem cunctis in poſterum temporibus nihil ex his uel negligentia pretereatur uel obliuione deleatur, hanc ipſam paginam munimine ſigilli noſtri & Chori inſignimus. Datum Salzburg. XI Cal. Iunii Anno Pontificatus noſtri IV. Anno ab incarnatione Domini MCCIV. Indictione ſexta.

NUM. VII. Confirmatio Archidiaconatus. 1383.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Alberto Lebenzendoffer, Prepoſito Eccleſie B. Marie in Garz Salzburgenſis Dieceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere aſſenſum & uota, que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Eapropter dilecte in Domino fili tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu Prepoſituram & Archidiaconatum Eccleſie B. Marie in Garz predictam, inuicem canonice annexos cum pertinentiis ſuis, quos te canonice proponis adeptum, ſicut eos iuſte poſſides, & quiete tibi Auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, uel ei auſu temerario contra ire. Siquis autem hoc attemtare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Auenione XVI. Cal. Iulii Pontificatus noſtri Anno tertio.

P. de Faigra. Regiſtrauit Bernardus.

NUM. VIII. Conceſſio mitræ & pedi. 1484.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Joanni Stockhaymer Prepoſito Monaſterii in Garz per Prepoſitum ſoliti gubernari ordinis S. Auguſtini Salzeburgenſis Dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Expoſcit tue deuotionis ſinceritas, & religionis promeretur honeſtas, ut tam te, quem ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſterium tuum dignis honoribus attollamus. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet tam tu quam pro tempore dicti Monaſterii Pre-

Prepoſitus exiſtens hactenus ſemper conſueueritis quoscunque alios Prepoſitos, aliorum Monaſteriorum regularium locorum conuicinorum Dioceſis Salzeburg. in Choro proceſſionibus & aliis quibusuis actibus, in quibus pro tempore conuenitis, precedere, quia tamen a paruo tempore citra dictis Prepoſitis, ſeu eorum aliquibus per ſpeciale ſedis Apoſtolice priuilegium conceſſum fuit, ut mitra, baculo paſtorali & aliis inſigniis Pontificialibus uti poſſint, tu propterea prerogatiua precedentie huiusmodi, quotiens contingit, te cum eis conuenire, uti non potes in non modicum dignitatis tue preiudicium & detrimentum. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut te & ſucceſſores tuos Prepoſitos dicti Monaſterii, qui pro tempore fuerint etiam priuilegio huiusmodi decorare, aliasque in premiſſis oportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur te a quibuscunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliisque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a iure uel ab homine quauis occaſione uel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum preſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes; huiusmodi ſupplicationibus inclinati, ut tu & ſucceſſores predicti mitra, annulo, baculo poſtorali & aliis Pontificialibus inſigniis uti, ac in dicto Monaſterio ueſtro & Prioratibus illi ſubiectis ac parochialibus & aliis eccleſiis ad uos communiter uel diuiſim pertinentibus benedictionem ſolennem poſt Miſſarum, Veſperorum & Matutinorum ſolemnia, dummodo in benedictione huiusmodi aliquis Antiſtes uel ſedis predicte legatus preſens non fuerit elargiri, nec non ueſtes, pallas, & alia ornamenta eccleſiaſtica cultui diuino in Monaſterio ueſtro, & aliis Prioratibus & eccleſiis huiusmodi pro tempore deputata & neceſſaria benedicere libere ac tacite poſſitis, & ualeatis, quibuscunque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis in contrarium editis nequaquam obſtantibus uobis & eis-

dem ſucceſſoribus auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia tenore preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre abſolutionis & indulti infringere, uel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud S. Petrum Anno incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto. Sexto Cal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno tertio decimo

B. de Capitaneis S.

NUM. IX. AN. 1288.

Nos Chunradus D. G. Prepoſitus & Archidyaconus & conventus Eccleſie Garzenſis ..... Nos igitur Chunradus Prepoſitus Garzenſis huius pie inſtitutionis ſuffragator, predicti monaſterii fratribus de bonis que per miniſterium noſtrum, de paucis tamen redditibus, Dei prouidentia ſuperaddidimus; XXXV. libras Ratisbonenſis monete, ad *oblagium* aſſignamus; tali pacto ut ipſi fratres de memorata pecunia tale ſibi predium ſtudeant comparare unde ſingulis diebus Dominicis in mane potum vini habere valeant, &c. Datum & actum anno Domini. M. CC. LXXXVIII. VIII. Kal. Octobr.

NUM. X. AN. 1330.

Ich Chunrad von *Hampstorf* und mein hausfrawe Herburch, und mein Eninchel Erhart, &c. daz ze einem Urkund geben wir diezen prief mit des *Erbern furſten* herren Herzog Heinrichs anhangenden Ingeſigel, Pfalzgrafen bey dem Rein, Herzog in Baiern: Anno Domini 1330. in der Vaſten an S. Mathies tag.

Num.

NUM. XI. AN. 1445.

Ich *Magens Rœwter zu Teyſing* vergeh fur mich mein Hausfrawen und fur all unſer Erben ... datz wir bedechtlich mit beraiten guten willen, auch mit zaitigem beſamten gwnſt, wiſzen und willen unſer negſten Erben &c. .... durch hail und ſælde meiner hausfrawen auch meines liben Bruders *Caſpar des Rœwters* alle ſeiligen ..... der Convent ſoll pitten umb Magens des Rewters, *Margret ſeiner Hausfrawen und Caſpar de Rewters* ſeines bruders, und all ihr Vorfordern ſcell die auſz dem Geſchlecht vorhanden ſind .... des zu ſteten Urkund geben wir dem gotzhuse tze garz diſen prief beſiegelt mit *meinem Magen des Rewters und mein Hanſzen des Rewters ſeines ſuns* baiden aigen anhengendem Inſigel. Dat in feſto S. Urbani anno Domini 1445. Sigill. Magonis, ſ. Magni Reutteri vide infra tab. III. num. 1.

NUM. XII. AN. 1482.

Ich *Jorg und ich Criſtoff Gebrudere die Taufkircher zu Gutenberg* bekennen fur uns und unſer Nachkommen als von der Meyerhof wegen zu nieder almsheim ..... ſo weyland *unſer Vorvordenen Herr Walthazer und Chunrad die Taufkircher loeblicher gedechtniſs* dem Gotshauze Garz geaignet und gegeben hant mit vorbehaltung einer Vogtey In und Iren nachkommen den Tauffkirchern .... Und des aller zer waren Urkund geben wir obgenannt Jorg und Chriſtof die Taufkircher dieſen Prief beſiegelt mit unſer lieben Herren, Herren Willhalm Probſt tze Au, *Herr Siegmund von Frawenperg Herr zum Hag, und Herr Sigmunden von Laintzing* anhangenden Inſigel die wir als ſpruchleut der Sachen mit Fleiſs darum gebetten haben. Geben amfreytag nach ſand Johanns Tag zu Sanbeth. Anno 1482.

Sigill.

Sigill. Taufkircherorum fratrum & Sigmundi de Lainzing vide Tab. III. 8. Num. & 6.

NUM. XIII. AN. 1490.

Rogerius Portuens. Marcus Preneſtinus, Julianus Oſtienſis Johannes Albanenſis Epiſcopi .... SS. Romane Eccleſie Cardinales uniuerſis & ſingulis XPI. fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera deuotionis inducimus, tanto ſalubrius animarum ſuarum ſaluti prouidemus. Cupientes igitur ut Capella S. Nicolai ſita in loco Capitulari monaſterii in Garſch Salzburgenſis Dioeceſis, ad quam ſicut accepimus dilectus nobis in Chriſto nobilis vir Dominus *Adolffus Ebenſtetter ex Ebenſtatt* dicte dioeceſis ſingularem gerit deuotionis affectum & cæt. Datum. Rome Anno 1490. X. Menſis Junii.

In margine huius membranæ depicta ſunt inſignia, quorum ectypon exhibemus Tab. III. n. 4. Ebenſtetteriorum gentilitia fuiſſe eadem facile dixeris.

NUM. XIV. AN. 1517.

Ich *Caſpar Magens Reitter zu Teyſing* bekenne &c. ſo hab ich ze merer gezeugnuſs mit vleiſs erbetten *die edle geſtrenge Ritter und herren Hannſſen Dagſperger zu Aſchpach und herren Sebaſtian von Turn zu Neuenpeurn der zeit Pfleger zu Neuenmarckt datz ſy* neben meines Inſigels ire beyde Inſigel anſtatt des edlen und geſtrengen *herren Wilhalm von Greyſs* hieran gehangen habent. Geben zu Garz am Montag nach Urſule, 1517.

Sigill. Reitteri, & Sebaſtiani de Duren quæ ſola ſuperſunt exhibemus infra Tab. III. num. 3. & 5.

Codex

CODEX EPISTOLARIS.

Epiſtole bone pro defuncto Decano.

NUM. I. Littera miſſiua pro confirmacione Abbatie.

Reuerendo in Chriſto Patri Domino ſuo Kariſſimo Domino ſacroſancte Eccleſie .... venerabili AEpiſ., Ap. Sed. Leg. H. Plebanus, Salzburgenſ. Dyœceſ. cum deuotis orationibus ſubiectio & reuerentia tam debita quam condigna. Ex quo ſicut Deo placuit vir honorab. dnus Venerab. Abbas S. Viti apud .... propter ſue probitatis merita & prouidenciam circumſpectam, que in perſona ſua floret, & commendatur, ad regimen & locum eminentioris loci, ſicut proprium eſt illorum creſcere & aſcendere de virtute in virtutem, & ſuam condicionem facere meliorem, ad honorab. Eccleſiam inferioris Althe Patauienſ. Dyoec. ad expreſſam voluntatem & unanimi conſenſu predicti Venerab. Capituli ſancti viti his diebus laudabiliter ſit aſſumptus, & translatus; & vir diſcretus & multe probitatis frater, *talis*, cuſtos, & confrater eiusdem Monaſterii, quem morum honeſtas, & laudabilis conuerſacio, & docta experientia rerum tam ſpiritualium quam temporalium recomendant, merita laude digna, & inſuper plena & experta recognitio omnium negociorum predicte Eccleſie que longo tempore contrectauit, & ſuas manus & gubernacionem tranſierunt, & inſuper de ſacerdotali & legitima etate proteſtatur in locum & regimen predicti Domini, unanimiter & concorditer nullo contradicente ab eiusdem Capituli fratribus tam in genere quam in ſpecie per conſequens ſit electus, Paternitatis veſtre reuerenciam quantum audeo & debeo humili deuotione & multiplici inſtancia moneo & requiro, quatenus ne propter eiusdem Eccleſie Paſtoris deſolationem maiora ſenciat & incurrat pe-

ricula, que alias variis tribulacionibus & anguſtiis nimis eſt opreſſa, ſicut conſiderationem veſtram non dubito ignorare illi non abſque multa protractione temporis que periculum in ſe traheret, munus confirmationis & benedictionis de ſacris veſtris manibus dignemini ſibi impertiri, de benignitate veſtri animi tamquam Pater miſericordiarum, qui conſueuit viduatis & deſolatis Eccleſiis neceſſitatis tempore ſubuenire, vobis ad meritum, & Eccleſie ad conſolacionem, & nihilominus Deo ad laudem pariter & honorem. Datum.

NUM. II. Alia eiusdem argumenti.

Reuerendo & Char. &c. talis Plebanus. cum poſt voluntariam ceſſionem & reſignationem viri honor Dni .... Venerab. Abbas Monaſterii S. Uiti, qui bona uoluntate fratrum eiusdem Monaſterii propter probitatis & induſtrie ſue merita quibus ſe ibidem laudabiliter exercuit, per rei euidenciam ad uenerab. Althahenſem Eccleſiam Patau. Dyœc. Paſtoris gubernacione & ſolacio deſtitutam, ſit bona uoluntate & expreſſo beneplacito omnium fratrum Monaſterii eiusdem hiis diebus transplantatus & aſſumptus ad incrementum ſui nominis & honoris: & uir religioſus, & multe probitatis in locum eiusdem in eadem Eccleſia, accedente omnium confratrum ibidem expreſſo beneplacito & uoluntate, nullo contradicente ſit electus: conſiderantes quod dignis digne bene fit, ſibi pro meritis & aliis in exemplum, & per innatam ſibi induſtriam & gubernacionem ualidam & circumſpectam eadem Eccleſia in ſuis iuribus & honoribus humiliter & deuote non deficere debeat, ſed pocius ſuſcipere incrementum, ſibi de laudabili conuerſacione, morum honeſtate, circumſpecta prouidentia bonum teſtimonium perhibeo in ſcriptis; petens unacum ipſo, & quantum audeo & poſſum, quatenus eiusdem Domino .... munus confirmationis & benedictionis absque multa difficul-

ficultate & dilatione, ne abiſſus eam, gluciat & abſorbeat, dignemini de ſolite ueſtre benignitatis clementia quadam leui & breui manu laudabiliter & miſericorditer impartiri.

NUM. III. Alia eiusdem argumenti.

Viro honorabili & religioſo, uenerando Domino, uener. Canon. Eccleſie .... H. Plebanus de .... cum ſuis oracionibus prompta & parata ad omnia ſua beneplacita & uoluntatem. Cum ad illum ſane recurratur, de cuius fidei & probitatis conſtancia habetur ſpes uiua & fiducia inconcuſſa, & uir religioſus Dominus ... de ... cuſtos & confrater Fratrum Monaſterii ſancti Uiti apud ... tota conuerſacione uite laudabilis & moribus approbatus, de approbacione & unanimi conſenſu in eadem Eccleſia fuit electus in Abbatem hiis diebus, nullo eorum penitus contradicente, & cum ſibi preces meas, & teſtimonium bonorum apud ueſtram ſinceram dilectionem ſenciat plurimum profuturas, ſinceritatem ueſtram affectuoſa inſtantia moneo & requiro quatenus ueſtra circumſpecta prouidencia, & prouida circumſpectio conſiderare uelit, quod amicus nil carius reputat, quam quod amico Dominus faciat, quod affectat negotium ſuum in Reuerendi Chriſti Patris & Domini noſtri .... Archiepiſcopi preſentia, ita fideliter & diligenter uos uelitis aſſumere, quod ſibi preces meas, in quibus multipliciter preſumit in ſui negocii proſecutione & executione proficere ſenciat, operis per effectum. quod ueraciter ſcio immo nunquam dubito, quantum predictus Dominus noſter ad ueſtrum conſilium dirigat, ſicut ianua in ſuo cardine regitur & mouetur, in hoc a me ſpecialiter honorando: quam inquam promotionem apud uos repoſcere uolo & mereri meis obſequiis loco & tempore oportuno, conſiderantes, quod ibi paucis ſermonibus eſt utendum, ubi ueſtra dilectio & realitas interpellat.

NUM. IV. De cauſa matrimoniali laudamento interpoſito.

Multe honeſtatis & probitatis Viro Domino ſuo ſpeciali, Domino . . . de . . . uenerab. Decano, & Canonico Eccleſie Ratisbon. Canonicus Eccles. S. . . in . . . & Plebanus in . . . non aliud quam ſe totum ad omnia ſua beneplacita & mandata. Cum uos per Dei gratiam in conſiſtorio Eccleſie ſitis electus & deputatus, ex officio ueſtri debito, ad audiendas diſcutiendas, & expediendas cauſas matrimoniales, que ex diuerſis cauſis hinc inde & caſibus emerguntur, ſicut ueſtra conſideracio bene nouit, & cum ſciam, ſed non dubitem ex ſerenitate ueſtri animi audita & examinata ex diſcuſſione cauſarum unicuique cognoſcere iuſticiam ſuam, nec uos ex quacunque cauſa uel caſu declinare ad dextram uel ſiniſtram partem nec partes inuictus pariter & inductus. Ecce transmiſi uobis ... inſtitorem ex una parte & . . . ex altera parte Parochianos meos exhibitores preſencium ſuper ſacramento Matrimonii, quod inter eos laudamento interpoſito interuenit, de quo ambo non poſſunt ponere negatiuam. Peto, moneo, & requiro, quatenus pro fauore iuſticie ab utraque parte propoſitionibus & negacionibus eorum auditis hinc inde factis, in huiusmodi negocio iuxta datam uobis a Deo ſapienciam tam de iure quam de conſuetudine procedatis. Ipſe enim per fidem pactionis laudamento publico ſe aſtrinxit iuxta ſui aſſertionem, & quia bene ſcitis, quod duplex eſt fides pactionis & conſenſus, & quod fides pactionis ex ſui uirtute unumquemque prohibet ducere aliam & quidem ore & corde matrimonium contrahitur, & ſi aliam duxerit contra decenciam iuramenti ſui nominis de fide mentita debet penitentiam agere ſibi iniunctam. Unde ex predictis cauſis & caſibus ueſtra maturitas & ueſtra circumſpecta prouidencia, que in uobis uiget & floret ea que recte & legitime fuerint in hoc caſu facienda procedatis. Valete in filio uirginis glorioſe.

Num.

NUM. V. Pro commendatione ad beneficium.

Venit ad meam preſenciam valde honeſtus Dominus, ſacerdos exhibitor preſentium, qui mecum aliqualem contraxit moram, & in quo proinueni certa indicia probitatis & laudabilem conuerſacionem, & qui magnum habet genium predicandi & loquendi ad populum. Rogans & ſupplicans, ut ſuper promocione ſua dignarer interponere conſilii & diligencie mee partes. Unde cum ſciam, ipſum propter verborum ſuorum affluentiam vobis & Eccleſie veſtre utilem & fidelem, conſulo bona fide, ut ipſum pre aliis velitis in capellanum & ſocium aggregare, & aggregatum fauorabiliter pertractare, quia dignis digne bene fit ſibi pro meritis, & aliis in exemplum. Si ſuam preſenciam forte non habueritis neceſſariam, tunc ipſum contemplacione mea ſtudeatis promouere in loco aliquo ſibi congruo & honeſto. In hoc me ſpecialiter honorando, quia in veritate, que Deus eſt, pro eo quo mecum ſtetit, ipſe ita laudabiliter & honeſte ſe tenuit, quod me delectat pro eo & ſua promocione interponere, & conſilii & diligencie mee partes. Valete in filio Virginis glorioſe, & mihi in omnibus precipite tanquam zelatori veſtri nominis & honoris.

NUM. VI. Pro repeticione debitorum.

Socio & amico ſuo perdilecto Domino ... Eccleſie ... Canonico confratri ſuo. ... eiusdem Eccl. Canonicus ſinceram in Domino caritatem. Expectans expectaui ſolutionem denariorum mihi per Dominum Decanum .... Eccleſie debitorum nec eandem ſum contra meam tamen fiduciam aſſecutus. Unde cum pro iisdem denariis mihi feceritis fideiuſſoriam caucionem immo principalem vos conſtitueritis debitorem, dilectionem veſtram rogo, & moneo diligenter, quatenus ad hoc, ut eadem pecunia mihi transmittatur iuxta veſtri promiſſi decenciam, ex quo terminus ſolu-

cionis eiusdem exſpirauit; velitis interponere conſilii & diligencie veſtre partes, nihil in hac parte de contingentibus obmittendo, ne me contingat ex mora ſolutionis ſeruitorem meum mittere *in obſtagium* in veſtrum diſpendium, & iacturam a).

a) Egregium & apud noſtrates haud vulgare exemplum Juris obſtagiorum, des Einlagers. ſive Leiſtungsrechts. Notum eſt vel tironibus, obſtagii jus conſtitiſſe in pacto quo debitor vel ejusdem fidejuſſor, creditori ſe obligabant, ſi ad diem conſtitutum pecunia non fuerit ſoluta ſe certum in locum venturos neque inde niſi ſoluta pecunia debita exituros: vel etiam creditori eadem facultas in domo debitoris concedebatur. Ita Struve in hiſtor. Jur. Cap. VI. §. 36. Notum eſt quoque obſtagiorum Jus, legibus provincialibus introductum, per reformationem Auguſtanam A. 1548. tit. XVII. §. 9. confirmatum, per reformationem politicam, A. 1577. tit. XVII. §. 10. fuiſſe penitus abrogatum, ſola Holſatia excepta, ubi illud hodienum quoque viget; teſte inter alios Inſtrum. Pac. Osnab. Art VIII. §. 5. ibique Hennigeſio. adde Londorp. Tom. VII. pag. 60. Meieri acta pacis. Weſtphal. tom. V. pag. 930. Quin & Camera Imperii proceſſus decernere ſolet in cauſſa obſtagiorum uti quidem docet Ill. Cramerus Nebenſtund. Parte 1. pag. 157. & Opuſculo XVII. tom. III. pag. 430. add. Rumpf. de Jure obſtag. Kopp. de Jure pignor. convention. Tabor de Jure Obſtag. Koeppen deciſiones illuſtres de Juſtitia obſtagii: Muller Staats Cabinet IV. Eroſn. Cap. 1. &c. Cæterum id peculiare prorſus & inſolitum nobis videtur quod heic in diſpendiam & jacturam debitoris creditor minatur ſe famulum ſuum in obſtagium eſſe miſſurum. Scimus equidem & Knorrius abunde adſtruxit, perſonas illuſtres rariuſcule in locum obſtagii veniſſe ipſas, ſed alios quamplurimum viros creditori acceptos illuc miſiſſe, qui vices ſuas implerent. An Clericis forte eadem fuerunt jura?

NUM. VII. De expeditione peregrinorum verſus Romam ad limina Apoſtolorum.

Viro honorabili & Religioſo &c. cum promittentes & emittentes votum peregrinacionis deliberato animo & deuoto, id adimplere teneantur vel redimere, ſi eis poſſibilitas affuerit & facultas, teſtante voce prophetica & dicente: vouete & reddite Domino Deo veſtro, qui aufert ſpiritum Principis, & terribili apud omnes Reges. Hinc eſt quod quidam Parochianus meus. .... qui nuper accinctus fuerat gladio militari, & militie ſue decen-

decenciam exercuit laudabiliter, iam diu preconceperat in animo ſuo in ſuorum peccatorum remiſſionem patris ſui & anteceſſorum ſuorum, adire in ſpiritu humilitatis & animo contrito Limina Apoſtolorum beatorum Petri & Pauli, conſideracione habita diligenti, quod in ſacroſancta Romana Eccleſia invenitur fons & plenitudo omnium graciarum, ſed quia eundem Dominum ... militem ſacramentis Eccleſiaſticis tanquam hominem Catholicum legitime procuratum fauente Domino & fouente rapuit, proch dolor his diebus mors repentina, mors crudelis, ita quod ipſe votum emiſſum ſicut in animo preconceperat, non potuit adimplere, & licet ceſſante cauſa ceſſare debeat per conſequens & effectus, tamen uxor ſua, fratres, & propinqui ſui in forti conſilio ſapientum, quod votum commutari poſſit in opus aliud pietatis, elegerunt virum religioſum & deuotum fratrem ... exhibitorem, cui de bona fide & ſinceritate ab omnibus vicinis bonum teſtimonium perhibetur, qui ſe nomine & vice ipſius Domini ... ad eorundem beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina transferre debeat & promiſit adire, & eosdem labores ſub expenſis eorum voluntarie ſubiit, & aſſumpſit, ſic quod expenſas, quas ipſe Dominus ... fuerat in eundo, morando, & redeundo facturus, ſi vita ſibi comes fuiſſet, in neceſſarios & ſacros uſus de prudentum conſilio duxerunt ſine diminucione qualibet conuertendos, Paternitatis veſtre reuerenciam deuote & humiliter ſupplicantes quatenus ſui memoriam dignemini puram propter Deum habere de plenitudine veſtre gracie & fauoris, & participem facere omnium bonorum, que in vobis facere dignabitur diuina clemencia ſaluatoris. Sperantes, imo nunquam deſperantes, ut ipſe factorum ſuorum in penis vicem recipere non debeat, qui Domini Dei noſtri in votis, dum viueret, tenuit voluntatem, &c. Inſuper peto inſtancia diligenti, quatenus quosdam Parochianos

meos

meos confeſſos & bene expeditos a propriis, qui ſe veſtro ſacro conſpectui preſentabunt, pie & benigne velitis audire, & eos auditos pio amore proſequi & fauore, ſic quod in eorum redditu de paterna protectione, & pia beneuolencia veſtra poſſint in mea preſencia gloriari, in quantum apud Dominum magiſtrum poteritis meritum obtinere, & nihilominus per hoc me vobis obligabitis ad omnia veſtra beneplacita & mandata.

NUM. VIII. Cum tribulatis condolere. AN. 1338-1345.

Heinricus Dei gracia ſacroſancte Eccleſie Salisburg. AEpiſcopus, ſedis Apoſtolice legatus uniuerſis ſuis fidelibus, Magiſtro, Conſulibus, ac Uniuerſitati ciuium in ... graciam ſuam & omne bonum. Scire debet veſtre dilectionis pietas, quam amplectimur in plenis viſceribus caritatis, quod ſicut in veſtris conſolationibus gloriamur, ſic in ueſtris perturbacionibus compatimur corde & animo compaſſiuo, & quod leſura noſtri eſſent cordis, quecunque uobis in diſpendium redundabunt. Hinc eſt quod ueſtri conſcii periculi ſeu incendii ueſtre ... noſtrum in intimis uiſceribus turbauit ſpiritum; quare quia pro defenſione noſtri iuris & honoris uos uidimus ita conſtantes, & noſtram amplectentes iuſticiam, non diffidimus de puris cordibus uos augmentantes. Ueſtram igitur fidelitatem requirimus & hortamur, quatenus cum feſtinacione quantocius poteſtis, ea uelitis reſtaurare, quæ per incendium ſunt deſtructa, & in melius reformare, & taliter in preſentibus eſſe premuniti, eo quod uniuerſi huius terre uos offendere comminantur, uerbo, opere, & ſermone, quod ulterius non maius proueniat, & incurratur periculum, in quo nobis ſpeciale exhibebitis obſequium cum honore.

NUM. IX.

NUM. IX. Pro reconciliatione diuinorum.

Domine Decane mi kariſſime, premiſſo mee fidelitatis obſequio ſcire debetis, quod literas Domini . . . a Domino noſtro Ratispon. Epiſcopo ſuper relaxationem diuinorum transactas nunc ſexta feria recepi, uidi & legi, & admirare non ſufficio quod uobis non ſint directe ex parte Domini noſtri Epiſcopi litere relaxationis diuinorum, cum in Epiſcopatu . . . Clerici ubique celebrent, iſta uice & iam transacti ſint quatuor dies, quod nuncius literarum ad me uenit. Unde quid ſit in mora, & ſi littere Domini ueſtri ad uos peruenerunt uel non, id amore mei me ueſtris literis ſcire faciatis, quia clamor populi contra nos inualuit, & de die in diem inualeſcit.

NUM. X. De repetitione debitorum.

Viris potentibus, prudentibus, & multa morum honeſtate conſpicuis Domino . . . Illuſtriſſimo Duci, & Conſulibus, & Uniuerſitati Ciuium Venetorum . . . Iudex, Conſules, & Uniuerſitas Ciuium Ciuitatis in . . . . promtam & paratam ad omnia eorum beneplacita uoluntatem. Expoſuit magnificis Principibus Dominis noſtris kariſſimis Illuſtribus Ducibus Bauarie atque nobis deuotus Iudex Ciuitatis noſtre dictus .... unacum ſociis & amicis &c. Quod quidam conciues ueſtri . . videlicet de . . . res ſuas, quas in tranſitu maris ſecum ferebant, Dei timore poſtpoſito contra Deum & iuſticiam quodam auſu temerario indebite abſtulerunt, nec easdem res usque in preſentem diem & horam, licet uobis ſepe ſepius ſuper huiusmodi pecunie ablacionem & ſpoliacionem ſuas uobis mouerunt querimonias, conſequi poterant, nec aliqualiter rehabere, quam inquam exſpoliationem ipſe coram uobis comprobauit per ydoneos teſtes bone fame & fidei poſſeſſores. Unde cum uos ſciamus uiros ſcientia-

rum & conſcienciarum & zelatores ſinceritatis, ueritatis & iu cie, que clamat & iubet unicuique tribuere quod ſuum e ſinceritatis ueſtre pietatem unacum eis & pro eis affectuoſa ſtancia requirimus, & monemus, quatenus pure propter Dei & contemplacionem Dominorum noſtrorum, & noſtram, eunde Iudeum unacum amicis ſuis in proſecutione ſui negocii, quc in preſencia veſtra habet peragere, uobis habere curetis pro fa uore iuſticie, quam diligitis ſpecialiter & fauorabiliter recommiſ ſum; aſſiſtentes ſibi quantum fauor iuſticie ſinit, quam ipſe ſibi inuocat, & requirit, ueſtris conſiliis & auxiliis & fauore. Non ſinentes etiam ei aliquam uiolentiam uel iniuriam irrogari, & quod predictos Conciues ueſtros tales habere uelitis, quod ipſi Iudeis noſtris res ablatas, & quas adhuc in ſua retinent pote-ſtate reſtituant integraliter & complete in quo apud Deum me-ritum optinere poteritis, & nobis in parte eam beneuolentiam exhibebitis, quam apud uos & ueſtros in caſu conſimili uel maio-ri libentibus animis repoſcere uolumus & mereri, loco & tempo-re oportuno. Unde in hoc caſu uos tales habeatis iuxta noſtram fiduciam ſpecialem, quod ipſi iudei noſtri de ueſtris beneficiis & promocionibus in eorum reditu ad nos poſſent in noſtrorum Dominorum Ducum atque noſtra preſencia gloriari, conſideracio-ne habita diligenti, quod qui turbatoribus pacis & quietis non obuiat, & uiam malignandi non precludit, ſed conniuentibus oculis & ſurda aure huiusmodi fore facta pertranſit magnum & latum eius prebet aditum delinquendi quecunque ſatisfactio ipſi iudeo . . . . . exhibita fuerit uel etiam ordinata, de eadem ſunt & erunt contenti ſui ſocii, & amici.

NUM. XI. Pronunciatio excommunicationis. 1314.

Nycolaus Dei gracia Eccleſ. Ratiſpon. Epiſcopus diſcreto viro . . . . Plebano in . . . . ſalutem in Domino. Diſcre-tioni

ueſtre committimus; ac in uirtute ſacre obediencie diſtricte precipiinus, & mandamus, quatenus iudicem & *Precones* . . . qui a noſtris hominibus pabulaciones exigunt contra iam & requirunt, & occaſione ipſarum a quibusdam recepe- pignora, & aliquos captiuarunt, ſollicite moneatis, ut us- ad octo dies a monicione per uos facta ceſſent, a malo aut lictos . . . . iudicem & precones excommunicatos denuncie- ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis ſententiam, quam ex nunc ut ex tunc in eosdem & in quemlibet eorundem ſentenciali- proferimus, in his ſcriptis datum in . . . . anno D. M. CCC. XIV. feria II. poſt dominica Reminiſcere.

NUM. XII. Incuſſio terroris ne obedientia pretermittatur.

Domine S. Amiciſſime Premiſſo meo fideli obſequio ſinceritati ueſtre intimo multa fiducia, quod cum fratres mei in ſuo errore & meo grauamine indebito pertinaciter perſeuerent, & citati ad iudicium ad meam inſtanciam non comparuerint coram *Iudice uice Capituli preſidente* in termino eis prefixo, quare ſententiam Canon. inciderunt, quam ſententiam uos peto proſequi prout reperietis in ipſius Capituli & Iudicis ſententia literarum, & uidete ne terrore concutiamini, nec blandimentis ſeducamini, nec per amicabilia blandimenta coronam obediencie uideamini deponere.

NUM. XIII. De compoſitione tractanda.

Domine &c. . . . ego . . . premiſſo meo obſequio, ſignifico uobis, quod Iudei qui iam ſuperuenerunt & celebrant ſollempnitatem nuptiarum in multa iocunditate animi, ſuper iniuriam & contmmeliam eis nuper per uos illatam, ſicut aſſerunt contra

racionis debitum, coram me grauem depoſuerunt querimoniam, & uos intendunt citare ad Conſiſtorium Salzburgenſe, & ueſtra ibi diſpendia procurare, ſi cum eis iuxta meum Conſilium non duxeritis componendum. Unde conſulo bona fide, quatenus ſtatim preſencialiter ueniatis, quia tunc preuia reformacione libenter uolo interponere preces meas. Dolerem reuera, ſi Iudaica prauitas uobis deberet nobis mediantibus, & uobis aſſiſtentibus preualere. Ad ſuccurrendum, & intercipiendum huiusmodi malum ueſtrum, quantocius ueniatis, quia ipſi ſtatim uolunt dirigere literas ſuas ſpeciales Domino . . . qui eis eſt auctoritate *regia* pro judice deputatus.

NUM. XIV. Inſtrumentum ſuper paternam ſucceſſionem. circa AN. 1303.

Nos Katherina Illuſtris quondam *F... ridérici* Miſnenſ. orient & de *L.. andſperg* Marchionis relicta b), recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtantes, quod Illuſtribus Principibus *Ot.. toni* & *St... ephano* Com. Palat. Reni & Ducibus Bawarie fratribus noſtris kariſſimis, tocius noſtre voluntatis auctoritatem commiſimus, nihilominus & preſentibus committimus ſuper matrimonio inter Illuſtris Domini Ducis .... filium, & Eliſabeth filiam noſtram Kariſſimam ſub infra ſcriptis conditionibus &c. contrahendo. Ita duntaxat quod idem *Polko* in proprietatibus omnibus & ſingulis ciuitatum, caſtrorum, oppidorum, diſtrictuum, inſeodatorum omnium & ſingulorum qui eſſe debentur predicte noſtre filie paterna ex ſucceſſione; legitimis racionibus & racionabilibus pro donatiuis nomine dotis dandis ſeu ſponſalibus ſit contentus, verum & ut prelibatus Princeps Illuſtr. diſpenſationem propter conſanguinitatem, que intereſt, neceſſario habendam, cum ad huiusmodi onus obtinendum ſit induſtrior & habilior ſuos per nuncios obtineat. Cum affectu ratum & gratum habiture, quodcunque per illuſtres fratres noſtros

noſtros preſatos in premiſſis, additis condicionibus predictis, fuerit ordinatum, dummodo illa diſpenſatio a ſede Apoſtolica veniat, & deſcendat. In premiſſorum omnium euidens argumentum preſentes literas noſtras ſigilli noſtri munimine muniendas &c. Datum Anno Domini M. CC. &c.

b) Egregium & quantiuis pretii monumentum! conſtat enim jamjam Katharinam, Henrici I. Bojoariæ inferioris Ducis filiam, quam monialem in parthenone Seligſtat obiiſſe haętenus credidimus omnes, conſtat inquam nupſiſſe illam Friderico Tute Miſniæ, Orientali ac de Landſperg Marchioni anno 1291. defuncto: conſtat etiam, quod uno ore negarunt ſcriptores Miſnici, Fridericum Tute reliquiſſe filiam Eliſabetham, Polkoni cuidam quem nos Munſterbergenſem Ducem fuiſſe arbitramur, deſponſatam. Sed liceat nobis, ne actum alibi iterum agamus, remittere lectores ad commentarior. Academiæ Boicæ volumen primum, nuper emulgatum, ubi de hac Katharina eiusque ſatis peculiari dictum eſt diſſertatione.

NUM. XV. Peticio ſuper transmiſſione Steure.

Cum ad illum ſit precipue neceſſitatis tempore recurrendum, de cuius fide & ſinceritate habetur ſpes viua & fiducia inconcuſſa, hinc eſt, quod iuxta ordinacionem Reuerendi Epiſcopi in Chriſto Patris & Domini noſtri Ratiſpon. Epiſc. XII. ſolid. denar. racione ſteure c). mee Eccleſie impoſite, honorabili viro Domino .... Canon. Eccl. .... quem predictus Dominus noſter .... Epiſc. huiuſmodi ſteurarum impoſitarum preſencialem conſtituit receptorem, in preſenciarum transmiſi, quia ipſe Dominus Epiſc. in reſidua parte pecunie erga me ſe liberalem exhibuit de plenitudine ſue gracie & fauoris. Dilectionis veſtre puritatem plenis affectibus moneo & requiro, quatenus conſideracione habita, qua amicus nil carius reputat, quam quod ſocius faciat amico quod affectat, predictos denarios vobis transmiſſos per veſtrum certum nuncium, cum aliis denariis, quos tunc transmiſſuri eſtis, eidem transmittere velitis mei amoris intuitu & honoris, facientes in hoc caſu iuxta meam ſperatam immon unquam deſperatam fiduciam,

quod mihi de vestra dilectione mea certa confidencia repromittit, non dubitans, quin vobis in casu consimili vel maiori velim & debeam libentibus animis suo loco & tempore complacere. Valete in filio virginis gloriose, & mei non sitis immemores in hoc casu tamquam amicus non sophisticus sed fidelis.

c) Steura de qua hic sermo, alia haud esse potest quam quæ nostratibus Infulsteur audit : quasi pensionem diceres pro redimendis bullis apostolicæ sedi solvendam. Eam quidem ex singulari pacto, Electores Bajoariæ inter ac Episcopos Ratisbonenses inito, quilibet Episcopus semel imponere potest omnibus ac singulis Parochis in Dioecesi Ratisbonensi constitutis.

NUM. XVI. Commendacio pro promocione. 1321.

Viro idoneo prouido ac discreto Domino ... honorab. veteris capelle Canonico Plebano in .... nec non notario venerab. Ratisp. Eccles. Episcopi peroptatam salutem. Familiarem virum idoneum prouidum & discretum, nec non omni laude dignum offero competenter eruditum, in Ecclesia vestra .... ob precum mearum instanciam locare velitis, quemadmodum ex sentencia litterarum vestrarum coniecimus & tenore. Unde vestre idoneitati non sufficimus referre, prout racioni consentaneum esse videtur graciarum actiones. Quare fidelitatis vestre constancie committimus ipsum, supplicantes cum ipso nec non & pro ipso, quatenus ipsum paterne suscipiatis, susceptum beneuole fine bono & debito sorcietis. Cum igitur pensionem & digni census repeticionem a nobis iuxta pacti formam requirere quemadmodum a fideiussoribus velitis, Nouerit igitur idoneitatis vestre discretio, quod pro censu debito vobis promittimus ambo in solidum similiter & imbuendo implicamus, prout fideiussorum caucione dignum comprobatur. In cuius rei testimonium presentes literas sine sigillo Principis largimur quo caremus, deficiente enim causa deficit effectus. Petimus autem sigillo vestro aut alterius fide digni communiri. Datum anno Domini M. CCC. XXI.

Num.

NUM. XVII. Litera prefentacionis pro inuercitura.

Reuerendo in Chriſto Patri ac Domino Domino ... Eccleſie .... Epiſcopo F.... De .... Magiſter generalis ordinis hoſpitalis ſancte Marie Theutonice Ieroſolymitane vices gerens per Alemaniam cum debita reuerencia parata ad ipſius beneplacita voluntatem. Ad Eccleſiam Parochialem in .... veſtre dioeceſis, vacantem per reſignacionem religioſi viri fratris .... Rectoris ibidem, cuius ius patronatus ad nos & noſtrum Ordinem pertinet, paternitati veſtre Religioſum & honeſtum virum Fratrem .... ſacerdotem cum preſentibus preſentamus, rogantes cum inſtancia & affectu, quatenus eundem ad eandem Parochialem Eccleſiam inſtituatis, vel inueſtiri mandetis, de eadem adhibitis ſolemnitatibus debitis & conſuetis, quatenus pure propter Deum eidem curam animarum eiusdem Eccleſie comittatis, ipſumque de eadem Parochiali Eccleſia inueſtiatis &c. Datum in ....

NUM. XVIII. Pro conuocacione confraternitatis.

Nos Dei gracia uniuerſis Abbatibus, Decanis, Prepoſitis, Prioribus, Plebanis, vice Plebanis, ac aliis Eccleſiarum Rectoribus, per Decanatum in .... conſtitutis ſalutem & fraternam in Domino karitatem. Diſcrecionem veſtram requiro, & moneo, ſincero ſuadente conſilio ac percipientes ſub virtute ſancte obediencie firmiter & diſtricte, quatenus omnes & ſinguli ſitis in ciuitate .... tali die preſentes conſtituti, audituri & tractaturi quedam ardua negocia que ſcribere longum eſſet, alioquin periculum grauiſſimum ceſſante qualibet excuſacione abſentibus, ſi qui forent quod abſit, ineuitabiliter imminet, & vos Decane omni dilacione poſtpoſita monaſteriis & ſubditis veſtris noſtras preſentes literas transmittatis.

Num.

NUM. XIX. Sentencia Iudicis diffinitiua.

Nos Chunradus Decanus .... Eccleſie vice honorabilium virorum noſtrorum, Venerab. Prepoſiti, & Capituli eiusdem eccleſie preſidentes; quia Al ... pegina agente contra *tales* ad redditus unius libre & dicente, quod cum ipſa fuerit in poſſeſſione percipiendi reditus unius libre ſingulis annis, de thelonio *tali* ſibi perſoluende annuatim exinde, & tam diu, quousque per ipſum *talem* extitit eiecta; & reſtitutionem pecunie lite conteſtata ſuper peticionem huiusmodi eadem ... poſſeſſionem & eiectionem ſufficienter probauit, ipſam de conſilio iuris peritorum in poſſeſſionem ſuam reſtituimus, ipſorum ſua & ſtrenui militis de *awe*, ſui procuratoris contumacia non obſtante, & ipſum procuratorem ſuum ad reſtitucionem unius libre retentis ad LX. denarios pro expenſis factis in lite, ante conteſtacionem litis perfectam, & ad XII. ſolidorum tanacionem iuramenti preſtiti pro expenſis.

NUM. XX. Pro ..... circa AN. 1290.

Nos Otto &c. d). Quod illuſtris Patruus noſter inſpectis gratuitis & fidelibus ſeruitutum *Sludranis* e) que ſibi exhibuit & in antea exhibere poterat & exibet inceſſanter pro ſe & fratre ſuo ipſum ..... pro ſe & uxore ſua & pueris ſuis hac inſpexit gracia ſpeciali, quod ipſos motu proprio uel ad alterius cuiuscunque inſtinctum ſeu inſtigacionem pena corporali non affliget, nec uinculis carceralibus aggrauabit, quod ſibi promiſit, & ſuis patentibus literis confirmauit. In cuius rei teſtimonium maioris ſecuritatisque certitudinem ſibi ad ipſius Patrui noſtri peticionem prefati .... Ducis noſtri ſigillum duximus conſignandum.

d) Chartam hanc referimus ad Ottonem Bajoariæ inferioris Ducem, & inde ab An. 1305. Regem Hungariæ An. 1312. defunctum; adeoque patruus ejus illuſtris, quem Ducem memorat Otto, dicendus erit Ludovicus ſeverus. Cæterum ſingularis prorſus argumenti eſt hoc privilegium.

e) Quænam ſit vox iſta cum ignariſſimis nos ſcire ingenui profitemur.

Num.

NUM. XXI. Promiſſio Stipendii. circa 1300.

Omnibus & ſingulis preſentes litteras inſpecturis cupimus eſſe notum, quod cum ſereniſſimus Dominus noſter hiis diebus S..... apud Pragam preſentialiter conſtitutus ex cauſa inſtaurande expedicionis uerſus Poloniam, ad quam expedicionem idem Dominus Otto promiſit dicto auunculo ſuo centum armatos uiros bene expeditos ducere, prout hoc in ſuo exinde confecto continetur plenius inſtrumento: donauerit, & promiſerit quinque millia marcharum argenti bene examinati in pondere Pragenſi ad duos terminos perſoluenda: in cuius argenti examine non debet deperire in termino unus Loto de Marca. Ego predictus .... de ſpeciali beneplacito & mandato Domini noſtri Regis apud dictum Dominum Ot. pro facienda ſolucione legali integra & completa duorum millium ex predictis quinque millibus argenti ſolempni ſtipulacione dedi & preſtiti fideiuſſoriam cautionem; promittendo cum aliis fideiuſſoribus in ſolidum, quod predicta duo millia ipſi Domino Ottoni Duci uel ſuis nunciis ac procuratoribus ſoluentur absque defectu in terminis conſtitutis in feſto &c. Si non fieret uel procederet in effectum, extunc ego premonitus per Dominum. O. Ducem infra dies XIV. Ciuitatem Pragenſem obſtagii nomine ſubintroibo ibidem continue & in dampnum Domini mei Regis tamdiu facturus expenſas, & ab ipſa Ciuitate nullatenus exiturus, donec ſibi de predicta ſumma duorum millium marcarum iuxta modum ſuperius annotatum fuerit plenarie ſatisfactum. Eo pro cautela ſpecialiter interiecto, quod idem argentum debet aſſignari in futurum ſub periculo Domini mei Regis in ſuis laboribus & expenſis. Ceterum ad premiſſorum omnium obſeruanciam ego de duobus me aſtringo & obligabo ſollempniter per hoc ſcriptum, & in horum omnium euidens teſtimonium, dicto Domino Duci preſens dedi Inſtrumentum, ſigilli mei robore communitum. Datum &c. f).

f) Mul-

f) Multis numeris notari meretur hoc instrumentum. Deprehendes in illo Lector, exemplum eximium Juris obstagiorum inter illustres stipulati. Et profecto favet illud vehementer Hypothesi Knorrianæ: scilicet personas illustriores fere nunquam in obstagium iviſſe ipſas ſed fidejuſſoribus ſuis id negotii dediſſe. Ita ſane heic loci Autor Anonymus pacti obſtagialis ſpondet ſe Pragam ſubiturarum &, in dampnum regis ſui, ibi permanſurum donec Ottoni Duci perſoluta fuerint promiſſa ſub fide obſtagii Marcarum argenti millia duo. Egregia ſunt hæc; ſed multo majoris momenti ſunt ea quæ dicenda nobis reſtant. Miſere fœdavit initia hujus Cartæ incuria ſcriptoris, ita quidem ut nullo inde modo erui queant nomina Regis debitoris nec Ducis Creditoris. At vero aut omnia me fallunt aut latet hic documentum ſingulare, Genealogiæ Bajoaricæ gentis illuſtrandæ apprime inſerviturum. Ante omnia notares velimus Lector, - 1. Codicem hunc Epiſtolarem circa A. 1340. compilatum tempora Ludovici Bavari non excedere: 2. Epiſtolas ordine fere Chronologico eſſe diſpoſitas, haud illo quidem ad amuſſim exacto, ſed ita tamen ut junctæ ſint monumenta antiquiora, junctæ itidem quæ ad ævum Ludovici Imp. ſunt referenda. His ita præmonitis audacter aſſerere poſſumus Inſtrumentum quod ante oculos habemus, circa finem Seculi XIII. & primordia XIV. fuiſſe exaratum. Spondet illo Otto quidam Dux, regi Bohemiæ, expeditionem verſus Poloniam paranti, ſe ipſi cum centum armatis adfuturum: Nec obſcure innuitur Regem anonymum avunculum fuiſſe Ottonis Ducis. Ad hæc igitur criteria revocandæ erunt conjecturæ noſtræ. Alium Ottonem Ducem, quam Boicum hic intelligi gratis concedemus nunquam. Vixit quidem, floruitque inde ab Anno 1307. ad 1338. Otto Dux Auſtriæ: at vero præterquam quod haud unum documentum Auſtriacum in univerſa hac collectione appareat, perquam ſcire cuperemus eccui Bohemiæ regi, avunculo ſuo, Otto Dux Auſtriæ ſuppetias ferre potuiſſet; ad Ottonem ergo Bajoariæ inferioris ab Anno 1290-1312. Ducem & An. 1305. regem Hungariæ ſummo jure pactum præmiſſum referemus, tantoque magis quod inſtrumentum hocce medium quodammodo tueatur locum inter duo alia ejusdem Ottonis diplomata. Nec deeſt nobis An. 1300. quo circiter exaratum eſt noſtrum, rex Bohemiæ qui expeditionem inſtauraverit verſus Poloniam. Notum enim eſt abunde Wenceslaum IV. Ottocarum Bohemiæ regem An. 1300. collecto undique milite Poloniæ regnum jure uxorio occupaſſe, vid. Hagec. ad Annum 1300. pag. 480. Notum eſt etiam Ottoni noſtro frequentia fuiſſe cum eodem Wenceslao Ottocaro rege fœdera, uti quidem ſequente num. 23. videbimus. Recte ſe hactenus habent omnia; reſtat jam ut inveſtigemus quo tandem pacto Wenceslaus IV. Ottocarus Bohemiæ rex avunculus audire potuerit Ottonis noſtri Bajoariæ inferioris Ducis. Difficilis ſane disquiſitio & aleæ plena. Memineris autem quæſo Lector Wenceslao regi nuptam fuiſſe Rixam Premislai II. Pol. regis filiam: memineris quoque a plerisque Stemmatographis recentioribus Henrico I. Bajoar. inferioris Duci, Ottonis noſtri Patri, ſecundis votis collocari Eliſabetham quandam Polonam;

nam; ſtirpis generisque incerti. Quid ergo ſi diceremus Wenceslaum fuiſſe Ottonis per novercam avunculum? ipſam Eliſabetham Sororem Rixæ? temerarii forte videbimur multis, ſed fas erit nobis temerarios eſſe, usque dum meliora ſuppeditentur. En Schema.

Premislaus II. Rex Polon.

Rixa nupta Wenceslao IV. Ottocaro regi Bohemiæ, qui hinc audit *Avunculus Ottonis Ducis.*	Eliſabetha nupta Henrico, Duci Bajoar infer. † 1290.
	Otto Dux Bajoar. infer.

NUM. XXII. Littere diffidencie. AN 1292.

Magnifico Principi Domino .... Duci Auſtrie Otto Dei gracia ... propoſicionem Conſilii ſanioris. Licet, quantum in nobis eſſe potuit, pacem uobiſcum ſuſtinuerimus, usque modo conſueuerimus bona frequenter .... ut turbacionis materiam uitaremus. Quia tamen circa nos, *& fideles noſtros, & ſpecialiter circa Salzburgens. Eccleſiam* grauamina continuata non ceſſant, ſed actiones iniurias *eidem Eccleſie* non ſolum in preterito, ſed & nunc per multiplices occupationes iurium & bonorum eiusdem contra iuſtitiam illate multiplicatis turbacionibus inualeſcunt, nos Reuerendi Patris Domini noſtri Archiepiſcopi eccleſie prelibate, ac Kariſſimorum affinium noſtrorum & aliorum fidelium & deuotorum noſtrorum defenſioni & ſubſidiis non ualentes deeſſe, eoquod eosdem iam dudum ad noſtre protectionis graciam recepimus ſpecialem, uobis hiis diebus ſubtrahere intendimus noſtrum obſequium & fauorem, uos & ueſtros preſentibus diffidantes. Cetera lator, cui credite tanquam mihi g).

g) Facilis erit litterarum haruncce explicatio. Otto quidam Dux Bajoariæ diffidat Auſtriæ Ducem, in gratiam Archiepiſcopi Salisburgenſis fidelis ſui & cariſſimorum affinium ſuorum. Omnia hæc & ſingula apprime quadrant in Ottonem Bajoariæ inferioris Ducem qui Anno 1292. belli ſocietatem adverſus Albertum Auſtriacum iniit cum Conrado AEpiſc. Salisburgenſi, & Carolo Martello Ungariæ, ac Wenceslao IV. Bohemorum

morum regibus. Affines ſuos regem utrumque jure optimo nuncupat Otto Bojus, cum ipſe quidem duxerit Catharinam; Carolus autem Ungariæ rex Clementiam, & Wenceslaus Juttham, ſorores, ac Rudolphi Cæſaris filias. Hiſtoriam belli dabunt Adlzreiterus P. I. Lib. 25. Cap. II. pag. 659. Brunner P. III. Lib. 5. pag. 214. ſeq. &c. Ex iisdem patet fecialem, cui Otto Dux credi voluit tanquam ſibi, fuiſſe Burkardum Ellerbachium. Cæterum notari omnino meretur cauſſa belli quam allegabat Otto; ſcilicet turbationes & injuriæ quas Albertus Auſtriacus intulerat Ottoni Duci ac Fidelibus ſuis & ſpecialiter Salzburgenſi AEpiſc. Nec mireris Lector hic loci affinem Ottonis dici Wenceslaum Bohemum, quem Charta ſuperiore avunculum ejus nuncupari vidimus. Scilicet vivebat adhuc An. 1292. Jutta Wenceslai conjux A. demum 1297. defunctam: nec ipſe niſi A. 1300. duxit Rixam Polonam Ottonis Duci ex noverca materteram.

NUM. XXIII. Incuſſio terroris pro ſuſpenſiore.

Viro prouido & diſcreto .... Viceplebanus in .... ac Vicarius Domini .... tam in ſpritualibus quam temporalibus ſui Archidiaconatus licet indignus, orationes cum obſequio indefeſſo. Auctoritate & mandato Domini de Roch .... perſonam ueſtram ſuſpendo ab exſecutionibus diuinorum in his ſcriptis; ſed quia ſecundum apoſtolicum documentum tenemur, alter alterius onera ſubportare, nouerit ueſtra diſcretio me pro uobis peticiones nimias habuiſſe, & conſulo bona fide, ut tali die ad me in .... ueniatis propria in perſona, tunc ibi uobis exponam, quid uos oporteat facere uiua uoce, alioquin ſecundum mandatum ſuperiorum contra uos procedere me continget. Latori preſencium ſuum precium ſibi date.

NUM. XXIV. Petitiones pro traductione annone.

Nobilitati ueſtre querelamur, quod apud .... & alibi in Bawaria ſub emenda penali publice eſt proclamatum, ne aliquis annonam uel alia uictualia .... in aquis uel terris deferre preſumat, quod inconueniens reputamus, cum Ciuitas noſtra Patauium Bawarie alimoniam ſemper conſueuerit miniſtrare, petimus reuocari.

Num.

NUM. XXV. Promotio & commendatio. An. 1314.

Diſcretioni ueſtre duximus intimandum, pre gaudio & ſolacio ſingulari, quod in Regem Romanorum ſumus diuina cooperante clemencia ſublimati, de quo uos non ambigimus plurimum gratulari, ſperantes, quod ratione legacionis huismodi tante, nuncium noſtrum *talem* uos taliter habeatis, ut gaudeat ſe uobis literas noſtras apportaſſe. . . . . .

h) Vix opus erit ut moneamus, Epiſtolam hanc referri debere ad Ludovicum Bajoariæ Ducem, in Regem Romanorum. An. 1314. ſublimatum.

NUM. XXVI. Protectorium.

Rudolphus Dei Gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus. Uniuerſis Iudicibus, Officialibus, Notariis & Mutariis i) &c usquam per Auſtriam qui pro tempore fuerint conſtituti in perpetuum. Volentes Religioſos nunc Abbatem & Conuentum in . . . . ut diuino cultui liberius & commodius ualeant inherere ſub noſtre protectionis umbraculo perpetuo reſpirare: Uniuerſis & ſingulis uobis precipimus, noſtre gracie ſub obtentu, quatenus preſatos Abbatem & Conuentum in graciis, iuribus, libertatibus, immunitatibus quibuscunque ipſis ab illuſtribus Leupoldo & Friderico quondam Auſtrie Ducibus, nec non ab inclito Principe Ottocaro Rege conceſſis, & poſtea a uobis confirmatis nullo unquam perturbacionis aut inquietacionis genere pregrauetis, ſicut indignationem magnam uolueritis euitare, quin pocius perturbatores & inquietatores eorundem ſi qui fuerint, autoritate regia ab ipſorum iniuriis, uiolenciis, & preſſuris diſtrictius arceatis.

i) Mautner, Præfectus veſtigalium.

NUM. XXVII. Pro pace facienda.

Quia Illuſtris Dominus Dux, ac nobilis Comes . . . . a celebratis nunc placitis inter *tales* receſſerunt penitus ſine

fine, & ex hoc ueriſimiliter formidamus terris eorum futura perſcula iminere ex motu contrario, quo nunc per decennium homines mutuo ſe afficiunt, & conturbant, Dominacionem ueſtram & ceteros in Domino deprecamur, quatenus pro pacificandis per treugas & per conſequens totaliter extinquendis huiusmodi diſcordiis, ipſum negocium efficaciter aſſumere uelitis, uosque turbationibus eisdem ſubmouendis, ne dampnoſa ſuccreſcant, ueſtras uires interponere dignemini de gracia ſpeciali & fide, qua utrique Dominorum predictorum exiſtitis obligati, & utrique ſincere conſulimus & tam ueſtro quam patrui ueſtri honori plurimum credimus expedire.

NUM. XXVIII. Procuratorium.

Nouerint uniuerſi preſencium inſpectores, & hi maxime quorum intereſt, quod nos Magiſtra & Conuentus Monaſterii Sanctimonialium in .... ordinis Premonſtratenſ. in cauſa ſeu cauſis, quam vel quas mouemus, ſeu mouere intendimus contra Nabonem de .... armigerum coram quocunque Iudice vel Iudicibus ordinariis curie de ...., noſtrum conſtituimus Procuratorem ad agendum, defendendum, libellum petendum, reſpondendum, reconueniendum, excipiendum, replicandum, litem conteſtandum, calumpnie, ſeu cuiusliber alterius generis ſacramentum, quod in cauſis requiritur, in animas noſtras preſtandum, ponendum, poſitionibus reſpondendum interlocutorias & diffinitas ſentencias audiendum, Iuramenta partibus deferendum, & delata ſuſcipiendum, expenſas petendum, declarandum, & recipiendum, componendum, compromittendum, appellandum, appellationem proſequendum, alium, vel alios procuratores ſubſtituendum, eundem vel eosdem quocies voluerit reuocandum, & uniuerſaliter omnia & ſingula faciendum, quod veri Procuratores communiter vel diuiſim facere poſſunt ad iudicia conſtituti, & ſi mandatum exigat ſpe-

ſpeciale: promittentes ſub Ypotheca rerum noſtrarum, iudicatum ſolui & iudicio ſiſti, & ratum nos habituras, quidquid per Procuratores noſtros predictos communiter vel diuiſim actum vel ordinatum vel procuratum fuerit in premiſſis vel quolibet premiſſorum. In quorum uniuerſaliter omnium teſtimonium atque robur preſentes ſigillo Domini S. Plebani in ..... obtinuimus precibus roborari. Quod ego Plebanus predictus ..... profiteor eſſe verum. Datum. &c. k).

k) Ergo opus erat ad validandum procuratorium a Virgine velata, parthenonis ſui magiſtra, conceſſum, ut ſigillo muniretur viri: propter fœminei ſexus, ut aiunt legitur imbecillitatem.

NUM. XXIX. Super preſentacione Eccleſie in Cymmern l).

Nos frater .... de .... Commendator, ceterique fratres ordinis Sancte Marie Theutonicorum domus in Gainkouen, Notum eſſe volumus uniuerſis maxime autem his quorum intereſt aut intererit, quod ad Eccleſiam Parochialem in .... Salzburg. Dioeceſis nobis vacantem per obitum Domini .... pridem Rectoris ibidem, cuius Ius patronatus nobis & ordini noſtro dinoſcitur attinere, viro prouido & diſcreto Domino .... ſacerdoti de..... dummodo habilis ad eius ſuſcepcionem efficietur, promiſimus, volumus, & debemus eum rite & conſuete preſentare. Et quia iſta vice habilis non eſt, promiſimus & volumus eandem preſentacionem uſque ad reditum & reuerſionem ſuam a curia Auinione pro diſpenſacione ab itinere receptam, per reſiduum tempus & terminum a Iure nobis conceſſum, quanto diucius pro futura noſtra iactura & damno poterimus in ſuſpenſo tenere: ita tamen quod termini eiusdem ultimos XIV. dies nobis libere & abſolute preſentibus reſeruamus. Sic ſi Dominus .... in termino ſibi prefixo infirmitate, aut periculis viarum, & generaliter quocunque impedimento prepeditus non veniret, vel etiam habilem & dignum

ad

ad eandem nobis se non presentaret, ex tunc alium habilem & dignum quemcunque voluerimus, possumus si volumus, ad prenotatam Ecclesiam parochialem, ne Ius presentandi eandem a manibus nostris ad alienas deuoluatur, rite & canonice presentare: & ex hoc .... prefatus non debet sibi id in preiudicium esse factum, vel pro aliqua iniuria seu violencia reputare. Si autem ex decreto nostro, consilio & beneplacito aliquos labores vel expensas ad Reuerendum Dominum ..... Archi Episcopum Ecclesie Salzburgens. facere nos contingeret ad protractionem termini presentacionis, vel ut nobis de termino presentacionis nostre exspirato, a iure sibi concesso, nobis & predicto .... in promocionem condonaret, vel committeret, pro tunc communioni de eisdem laboribus omnibus & expensis ibi factis, licet in eadem proficiamus siue non, tamen decanus ... satisfacere debet integraliter, & complete. Promisit insuper & presentibus promittit sepe dictum ... quod infra a presentibus datis, dictam Ecclesiam Parochialem uno Vicario aut pluribus, si necessitas exigeret, nostro nomine Archidiaconatui Salzburg. presentatis officiare & regere debet in suis laboribus & expensis, nec non eandem Ecclesiam in omnibus tam in spiritualibus, quam in temporalibus, in quantum de iure facere poterit, expedire, prout verus Plebanus, ac Vicarius ibi facere deberet, nec non omnia Iura Episcopalia, aut exactiones debitas & consuetas interim impositas persoluere tenetur. Si autem aliquod dampnum siue in spiritualibus seu in temporalibus ex ipsorum Vicariorum negligencia vel insultu nobis in Ecclesia prefata prouenirent, aut etiam infamia, de eiusdem omnibus nobis satisfacere tenetur. Compositum est etiam id de fauore partis utriusque, quod si dictus infra terminum sibi prefixum se habilem & dignum rite & legitime ad predictam Ecclesiam Parochialem non presentaret ex quacunque negligencia & impedimento, aut sua culpa hoc fieret, ex tunc omnes labores

&

& expensas per ipsum aut ex suo nomine factas amisit penitus & in toto, nec easdem repetere apud nos aut nostros valet, nec quidquam debet, immo renunciat presentibus simpliciter & expresse generaliter & specialiter omni tam Canonici quam Ciuilis Iuris auxilio, quibus contra presens Instrumentum exinde confectum aut aliud in eodem contentum iuvari poterit, seu quod nobis vel nostris impedimentum aliquod vel preiudicium posset in posterum generare. Ut autem omnia & singula superius expressa rata & inconuulsa permaneant, & robur obtineant firmitatis, presens instrumentum sigillo nostre prefate .... in .... ac Reuerendorum Dominorum, videlicet Domini Abbatis .... de S. .... & Domini Decani ac Plebani in .... sigillorum appensionibus duximus muniendum. Ego .... prefatus presentibus profiteor & conteſtor, eo quod careo sigillo proprio, ista vice me astringo & obligo sub sigillo venerabilium Dominorum prætactorum omnia & singula superius expressa inuiolabiliter ac firmiter tenere & obseruare formaliter rata atque grata. Nos .... Abbas S. Viti. Ego .... Decanus prefatus recognoscimus per presentes, quod propter peticiones honorabilium Dominorum Commendatorum & fratrum Domus predicte, nec non Domini .... sacerdotis dicti sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum & actum anno Domini &c.

1) Parochia subjecta Archidiaconatui Garzensi Salisburgensis Diœcesis ubi hodienum quoque patronatus jure gaudent commendatores Ordinis Teutonici Ganghofenses.

NUM. XXX. Pro absolucione a vinculo excommunicationis.

Reuerendo in Christo Patri ac Domino suo gratioso, Domino venerabili Episcopo Eccles. .... Frater Ditmarus, ordinis fratrum Theutonicorum Plebanus in .... cum subiectione, reuerenciam & obedienciam tam debitam quam condignam. quia

iuxta dictum diuine gracie proclamantis : quacunque hora peccator ingemuerit, &c. & ibidem : si impius se auerterit ab iniustitia sua, vita viuet, Paternitati vestre presencium exhibitorem meum Plebezzanum m) super excessus apud Dominum Decanum .... commissos hactenus vobis scriptos transmisi, quadragesimam reuelantem, & graciam a vinculo innodato absoluentem, Paternitatem vestram humiliter & deuote moneo & requiro, quatenus eidem, qui se tanquam filium & discipulum obedientem & deuotum hucusque semper in emenda sibi iuncta exhibuit, & ostendit, beneficium absolucionis de benignitate vestre gracie impendere velitis, sibi salutarem penitenciam iniungendo, ipsumque sancte matri Ecclesie reconcilietis, maxime cum pium & salubre sit, omnem in viuis errantem ad viam perducere veritatis.

m) Idem quod Parochianus.

NUM. XXXI. Alie littere pro eadem.

Honorabili viro & discreto Domino .... Plebano in .... Frater ... fratrum ord. Theuton. Plebanus in .... cum suis deuotis orationibus sincerum animum in omnibus complacendi. Venit ad me .... presencium exhibitrix allegans, quod in presencia vestra fuerit accusata pro quibusdam excessibus satis enormibus, pro quibus in nostra Parochiali Ecclesia esset publicata, & pro eisdem a nobis repulsa, & super eandem causam nostras velitis videre literas speciales. Scire debet vestre dilectionis puritas, quod aliquos excessus predicauimus in ------ generali nostro, ad nominatas personas, in Parochia nostra esse ut intellexi-mus perpetratos, qui per commune vulgus eidem in infamiam fuerint imputati. Verum quia eadem pro quodam excessu apud nos extitit accusata, super quem sibi publicam penitenciam deuoto & libenti animo in remissionem suorum peccatorum sibi assumpsit,

assumpsit, quam inquam penitenciam apud nos nondum compleuit. Unde eadem penitencia peracta saluo iudicio meliori non sit opus eam in publico ad aliam penitenciam publicam pro eisdem excessibus coarctari, nisi aliter ad vos quam ad nos veridica accusacione peruenissent.

NUM. XXXII. De confraternitate recepta.

Uniuersis presentes inspecturis. Nos Frater . . . de . . . . Magister generalis Hospitalium . . . . salutem in omnium Saluatore. Quoniam lex diuina nos hortatur; alter alterius onera portare, ut simul in Christo gloriemur. Hinc est quod consideratis tam deuocionis ardentis affectibus, quam etiam pietatis operibus, quibus Fratres Ordinis, & Ordinem nostrum Christi famule, uidelicet Domina . . . . relicta Chunradi de . . . .&c, humiliter feruenter prosecuntur, ipsas in Capitulo nostro generali de consensu Fratum, nostrorum in nostram, & Ordinis nostri recepimus Fraternitatem. Facientes easdem in Dei nomine tam in uita quam in morte participes omnium bonorum operum, missarum, oracionum, ieiuniorum, uigiliarum, abstinenciarum, hospitalitatum, que per nostrum Ordinem fuerint uniuersum, nec non sanguinis effusionis, qui effunditur pro ordodoxe fidei confortacione. statuentes firmiter, ut quandocunque earum dies obitus siue anniuersarius in domibus nostri Ordinis fuerit nunciatus, cum deuocione debita tanquam Fratris Ordinis perpetuo peragatur. In cuius rei testimonium & perpetuam firmitatem sigilum nostrum presentantibus est appensum. Datum &c.

NUM. XXXIII. Procuratorium. 1334.

Frater . . . . dictus . . . . commendator, totusque Conuentus Domus Fratrum Theutonicor. in Ganichouen. Notum facimus uniuersis presencium inspectoribus, quod fratrem . . . .

dictum .... presencium exhibitorem nostrum constituimus Procuratorem in omnibus causis motis & mouendis tam pro nobis quam contra nos, contra quascunque Personas ecclesiasticas, uel seculares, coram quibuscunque Iudicibus ordinariis, delegatis, conseruatoribus, subdelegatis, arbitris, siue coram Iudicibus secularibus, dantes ei plenariam potestatem agendi, defendendi, conueniendi, reconueniendi, excipiendi, replicandi, litem contestandi, iuramentum calumpnie, seu cuiuslibet alterius generis sacramentum in animas nostras prestandi, positiones ponendi, petendi expensas, & recipiendi, beneficium restitucionis in integrum, si necesse fuerit petendi, alium uel alios Procuratores substituendi, & reuocandi, testes producendi, sententiam audiendi, & appellandi, si uidebuntur expedire ; Et omnia singula faciendi, que uero & legitimo Procuratori secundum Canones & leges facere sunt concessa, ratum & gratum habituri, quidquid per dictum nostrum Procuratorem aut substitutum siue substitutos ab eo, in premissis ordinatum fuerit siue procuratum, & ut ab onere satisfactionis releuetur, promittimus pro prefato Procuratore nostro aut substituto siue substitutis ab eo, sub Ypotheca domus nostre prefate rerum iudicio sisti & solui iudicatum. In cuius rei testimonium presens Procuratorirm sibi dedimus sigilli domus nostre prefate munimine roboratum. Datum in .... Anno Domini M. CCC. XXXIV. proxima feria .....

NUM. XXXIV. Sentencia Iudicis diffinita in causa Lepre.

Nos .... de .... Canonicus & summus scholasticus Eccleſie .... discreto viro .... Plebano in .... salutem in Domino. Quia .... dictus .... ibidem presencium exhibitor in nostra presencia examine ac iudicio medicorum sanus, & absque lepre macula mundus est inuentus. Verum cum ipsa macula lepre in eo non lucide appareat, & cum ipse dispositus tamen sit ali-

aliqualiter ad eandem, ipsum ad unum annum dato presencium proxime subsequentem induciauimus, & presentibus induciamus, Mandantes vobis in virtute sancte obediencie, auctoritate qua fungimur, firmiter & districte, quatenus predictum ..... sic mundum & sanum ut premittitur, proclametis publice in ambone. Nihilominus ipsum ad aliorum sanorum hominum communionem quoad dictum annum generaliter admittentes, & dicto anno transacto, ipsum nostro examini, atque iudicio medicorum dilatione postposita remittentes. Datum. &c.

NUM. XXXV. Pro causa matrimoniali compromissum.

Chunradus Decanus, totumque Capitulum Ecclesie ..... discreto ac religioso viro ..... commendatori Domus fratrum Theutonioorum in ..... salutem in Domino. Cum actio matrimonialis instituta per .... filium .... Nidermaier dicti .... de .... ex una, & filiam .... parte ex altera sit proposita in iudicio coram nobis, & quod eedem partes & ipsarum quelibet per nos super singulis & uniuersis circumstanciis dicti contractus diligeuter requisite se dictis discreti viri .... sacerdotis Monachi & Professi vestri ordinis dicti Monasterii in .... qui contractui inter eos habiti interfuit, asserunt velle stare. Nos vero volentes parcere parcium laboribus & expensis, recepcionem eiusdem .... sacerdotis vobis committimus, per presentes mandantes vobis in virtute sancte obediencie firmiter & districte precipiendo, quatenus eodem Friderico ad vestri vocato presenciam, & ab ipso recepto de veritate dicenda iuramento, ab eo queratis de ipsius contractus circumstanciis singulis & uniuersis, nec non quo tempore inter ipsas partes factum huiusmodi sit promissum, & nihilominus dicta ipsius ..... feria quarta proxima ante conuersionem beati Pauli, quem quidem terminum ipsis partibus ad comparendum coram nobis prefiximus, nobis vestris clau-

fis literis reſcribatis. Datum anno Domini M. CCC. XXXVII. XVIII. Kaleud. menſis Ianuarii.

NUM. XXXVI. Pro reconciliatione diuinorum.

Reuerendo in Chriſto Patri Domino .... uenerabili Epiſcopo Eccleſie Ratibon. .... dictus .... Vicarius in tali loco, cum ſuis deuotis oracionibus ſubiectionem & obedientiam tam debitam quam condignam. Quia terminus, ad quem diuina in quadam Capella michi ſubiecta ueſtra gratia ſunt indulta, nunc in feſto Pentecoſtis exſpirabit, unde cum absque auxilio ueſtro nec etiam facultates Eccleſie nobis ſufficiant, ad hoc quod reconciliacionem ſiue conſecracionem eiusdem iſta uice poſſimus procurare, quare Paternitatem ueſtram humili deuocione moneo & requiro, quatenus pure propter Deum eundem terminum, ut Diuina ibi celebrentur, dignemni prorogare, infra quem terminum eundem diligenter uolumus in quibuscunque bonis poſſumus, affectantur prouidere.

NUM. XXXVII. Pro receptione Kathedratici.

Magne honeſtatis Uiro Domino .... dicto .... uenerabili Decano Eccleſie .... Frater .... Fratrum Ordinis Theutonicorum Plebanus in ..... promtum & paratum animum in omnibus complacendi. Quia iuxta mandatum reuerendi Patris & Domini noſtri Epiſcopi, qui Receptorem Kathedratici uos conſtituit, noſtrum Kathedraticum & Eccleſie noſtre uidelicet de quatuor ſepulturis, de qualibet L. minus II. denariis, uobis tranſmiſimus preſencium per latorem. Quare diſerecionem ueſtram moneo, & requiro cum affectu, quatenus eosdem cellule ueſtre memorie ita imprimere uelitis, ne error in ſolucione impoſterum uobis accreſcere uideatur.

n) Su-

n) Superfluum foret quidquid de Iure Kathedratici in medium proferre poſſemus. Notum eſt Kathedraticum ſeu Synodaticum dici penſionem, quæ Epiſcopo ab Eccleſiis ſibi ſubjectis quotannis ſolvitur pro honore cathedræ atque in ſignum ſubjectionis. De Kathedratico multa congeſſit Linkius de Iure Epiſc. cap. X. §. 65. Duaren. de S. Eccl. min. lib. VII. C. I. §. I. Barboſa de Iure Eccles. III. Cap. 20. Imprimis vero Nicolaus le Maitre gallus, de Iuribus & Cenſibus Epiſcopor. lib. II. cap. 2.

NUM. XXXVIII. Promocio ad ſacros ordines. An. 1334.

Frater .... de . . . . Commendator & Conuentus Domus Fratrum Ordinis Theuton. in . . . . Uniuerſis preſencium inſpecturis publice profitemur, maxime quibus intereſt, aut interierit. quod uir prouidus & diſcretus . . . . . Ciuis in . . . . ex paterna prouiſione, & hereditaria ſucceſſione, qua ..... filio ſuo preſencium exhibitori fuit affectus, & ſui honoris ad incrementum, qui in ſacris ordinibus, videlicet ad ordinem ſubdiaconatus, & deinceps diuina fauente gracia procedere intendit, conſideracione habita diligenti, quod ſeruire Domino eſt regnare, & quod bonum ſit viro, cum portauerit iugum ab adoleſcencia ſua, nobis fideiuſſoriam caucionem certam & condignam per XXX. libras Ratispon. fecit & obligauit. Unde ..... prefato in promocionem ampliorem & lucidiorem noſtram, & noſtri Ordinis Domum in ..... pro XXX. libris Ratiſp. obligauimus, & per preſentes obligamus, ſi in ſacris ordinibus, ut premiſſum eſt, proceſſerit in effectum, quas neceſſitate exigente cum ab ipſo requiſiti fuerimus, ſibi ſoluere promiſimus & debemus ſine contradictione qualibet libere & quiete. In cuius rei teſtimonium ſigillum domus noſtre prefate preſentibus eſt appenſum. Datum & actum anno Domini M. CCC. XXXIV. in vigilia beati Mathie Apoſtoli.

NUM.

NUM. XXXIX. De contractu usurarum. o).

Honorabili viro Domino .... Plebano in tali loco H.... de .... Plebanus in .... Quodcunque poterit, quod sue voluntati beneplacitum videtur honestati vestee significo, quod quidam Plebezanus meus S. . dictus mutuauit .... de .... Plebezano vestro certam pecunie quantitatem, & talis conuencio facta est utrinque, quod dictus meus Plebezanus debet recolligere & uti decimam frugum obligatam, sibi a dicto .... videlicet in predio .... Et iam dictus .... vester Plebezanus dictam decimam tenetur luere, *rescondere*, p) seu redimere, ante festum beati ..... XIV. dierum virtute pacti predicti. Verum cum dictus ..... meus Parochianus ad mei doctrinam tenere dictam decimam diucius non intendit, ne de usuris notetur, peto, ut a iusticie amatore, quatenus dictum vestrum .... Parochianum causa dei & frequencius inducatis, ut predicta pacta inita obseruet, & luat seu redimat dictam decimam. Quia dictus .... meus Parochianus ad mei consilium intendit *abaddere* r) de perceptis, & cum hoc dicit se nolle habere plus commune cum dicto .... & bene dicit, quia nemo in communitate stare cogitur. Unde predicta causa, videlicet quod conuentum est utrinque, quod dicta decima lui seu redimi debet in termino predicto, item quod non vult amodo stare in communitate; Item quod devalcare intendit ad mandatum sui Plebani, reddunt eum tutum in tantum, quod assumi poterit ad Ecclesiastica Sacramenta. Pro tanto hortetis predictum vestrum .... de redimendo decimam dictam, prout vestra industria vos doceat & informet. (q).

o) Vel potius de pacto Antichretico.

p) Riscondere, recuperare vox originis Italæ hinc resconsa riscussa. &c. ap. Cang.

q) Abaddere, abrechnen; inferius devalcare.

r) Egre-

r) Egregium exemplum Antichreſis jam ſeculo XIV. & ante receptum Ius romanum, Germanis noſtris, intergue privatos uſitatæ; hinc illuſtrari poterunt ea quæ Meierus docet; tract. vom ſechſten zinnsthaler & Auctor actor. Lindau. pag. 694. Ceterum deprehendes & hic veſtigia Iuris canonici, uſuras quaslibet ſub pœna excommunicationis prohibentis, & in ſpecie antichreticа pacta reprobantis, quod fructus uſurarum loco percipiantur. C. 4. & 6. X. de pignor. C. 32. X. de Iur. C. 1. 2. 8. 16. X. de uſuris & cæt. confer. quoad Bajoar. noſtram, ſtatuta Salzburg. An. 1267. ap. Lunig R. Arch. Tom. XXI. pag. 769.

NUM. XL. Petitio pro ſepultura.

Reuerendo Domino ſuo ... Reuer. Domini Epiſcopi ..... vicem gerenti, frater .... fratrum ordinis Theutonicorum Plebanus in .....cum ſubiectione, reuerenciam, & obedienciam tam debitam quam condignam. Quia villicus quidam, Plebani in .... Plebezanus, homicidium nouiter perpetrauit, & inconfeſſus & impenitens dum in dedicacione eiusdem Eccleſie, hora veſperarum eandem viſitando, in ſuo exitu ab eadem in cemeterio a ſuis aduerſariis interempus eſt & occiſus. Unde cum idem, ut a ſuo Plebano ueraciter intellexi, in proximo feſto Paſche tanquam filius obediens & deuotus communicatus ſit & confeſſus, & ante plures annos ſuam apud nos elegit ſepulturam: quare reuerenciam ueſtram moneo & requiro, quatenus eidem pure propter Dominum ſepulturam eccleſiaſticam concedatis, & participem communionis Eccleſie facere dignemini, maxime cum amici ſui ſatisfactione ſalutari aſtare promiſerunt, inſuper ſuo Plebano de ſuis obiectis & Iuribus ſatisfacere ſpoponderunt. &c.

NUM. XLI. Pro ſucceſſione paterna.

Multe Religionis uiro Domino ſuo ſpeciali Domino ..... Plebano in .... frater dictus Eylholz Commendator Domus in ..... ſalutem cum tocius promtitudinis famulatu. Per latricem preſencium nobis nomine homagii ſubiectam nouerit ueſtre honeſtatis induſtria, cum dicta ..... bone memorie uiro ſuo

quondam legitimo, maſculinum heredem noſcat generaſſe, quibus coram noſtris Scabinis, ac fratribus noſtri ordinis bona ſua in villa dicta .... XII. ſolidos monete duas antas, quatuor pullos carnis priuiales, cum L. ouis, annualis reditus, quos ... dictus .... nunc colit, voluntaria cum potuit viva voce, nec non in mortis articulo una cum bonis in .... annis ſingulis libram ..., denariorum ſoluendis cum ceteris ſuis bonis dedit ac legauit. Quare vobis obnixius mee ſeruitutis intuitu ac ordinis amore ſupplicans, quatenus eiusdem mulieris filio hereditante in bonis predictis toto iuvamine adheretis, ut ſummam hereditariam, uti rite decet, conſequatur: quidquid vero vobis oretenus dixerit, fidem efficacem poteritis adhibere, facientes in predictis, ſicuti veſtre confidemus honeſtati. Valete in filio Virginis glorioſe &c.

NUM. XLII. De Salium traductione Epiſtola AEpiſc. Salzburgens. ad Duces Baioar.

Super eo, quod veſtra ſcripſit Dominacio de Salibus veſtrorum civium in .... occupatis, taliter reſpondemus, quod ipſi non recte de hoc veſtrum informauerunt animum. Nos enim confedendo cum noſtris conſiliariis bonam ſuper hoc noticiam habentibus, inuenimus illam non eſſe antiquam conſuetudinem, ſed quandam rem nouam & inſolitam, de Salibus traducendis de *Schellnperch* s): dato uero, quod noſtri in detentione dictorum ſalium id faciendi habuiſſent minus debitam occaſionem, diſplicere tamen veſtre benignitati debuit captivacio Canonici Eccleſie Cathedralis propter reverenciam ſedis noſtre. Quidquid autem ſit, in hoc noſtrum, & Conſilii noſtri reſidet conſilium, ut ſuper premiſſis & aliis in quibus emendacionem congruam indigemus, rectificandis utriusque noſtri Conſules in Purch ... ueniant in loco & termino, quos duxerimus deſignandos.

s) In territorio Bertholdsgadenſi.

NUM.

NUM. XLIII. Sententia diffinitiva.

In nomine Domini Amen. Nos officialis Curie Herbipolens. Ob perpetuam rei geſte memoriam. Conſtare volumus preſencium inſpectoribus uniuerſis, quod conſtituti in noſtri preſencia ſtrenuus vir Frid. dictus . . . . & Elizabet coniuges, Iuta & . . . . ſorores dicti Militis, de conſenſu . . . filii eorundem coniugum publice recognouerunt, quod cauſa que inter . . . . predictos ex una, & Magiſtram & ſorores Incluſorii in . . . ex parte altera ſuper bonis infra ſcriptis, & ſuis pertinenciis hactenus vertebatur, ſit expedita omnimode & extincta, ſic quod eadem bona cum ſuis pertinentiis apud easdem Magiſtram & ſorores & earum incluſorium debeant perpetuo remanere, & nihilominus . . . . magiſtra dicti incluſorii pro tempore eiſtens inſtituendi in eisdem bonis ac de eis ordinandi & diſponendi ſicut cum ceteris bonis ad ipſas & earum Incluſorium titulo proprietatis pertinentibus habeant & habere debeant liberam & omnimodam poteſtatem, reſignantes eadem bona cum ſuis pertinenciis pleno iure & dominio dictis magiſtre & ſororibus, nomine ſuo & dicti Incluſorii recipientibus & conſtipulantibus, ore manu & calamo, ut eſt moris; ac omne ius eis in ipſis competens, ſeu competere potens, in ipſas & earum Incluſorium transferentes: dixerunt fecerunt, & tradiderunt colonos eorundem bonorum de omni promiſſo ſeruicio & reditibus liberos & ſolutos, & quod in nullo ſibi de cetero debeant obedire, ſed magiſtre dicti Incluſorii tanquam uere collatrici *vel Halsfrauen* t), earundem, a qua ipſa bona pro annuis penſionibus infra ſcriptis tenenda & poſſidenda iure emphyteotico *vel Erblehen* receperunt, promittentes iidem coniuges . . . . & . . . predicte, & quilibet eorum fide manuali, contra premiſſa uel eorum aliquid uerbo uel facto in iudicio uel extra iudicium ſub religione dicte fidei non uenire, alicuius ingenii ſtudio uel cautela. &c. Hec autem ſunt bona uidelicet

unus manſus (Huoba) ſitus in .... duos caſeos ualentes 3c. denarios, duos pullos carnis priuiales, unam peciam lini uulgariter dictam Klouen, unum uentrem agnium, & quatuor pullos &c. In cuius rei teſtimonium &c. Datum.

t). Inſtrumentum hoc ſtudioſis Juris noſtri germanici quantivis eſſe debet pretii. Offert nobis illud interpretationem fere authenticam vocis halsherr, halsfrau, circa quam multifariam diſceptatam eſſe meminimus. Occurit vox halsherr in dipl. Lindau An. 1512. ap. Heider Reichsvogt. Itemque in docum. An. 1536. ap. Beſold. docum. Wurtemb. pag. 691. &c. Haltauſs. in gloſſar. h. v. p. 786. inde concludit halsherr idem eſſe, ac Dominum jurisdictionis ſuperioris: at vero præterquam quod documenta ab ipſo allegata hunc ſenſum neutiquam ſuffulciant, utpote quæ Domino halsherr, opponunt hominem proprium; huncque ad Reiſen, Sturn, Botten und Verbotten obligent, nulla jurisdictionis ſuperioris facta mentione: preterquam etiam quod in documento Beſoldino Halsherr æquiparetur dem Erb-grund - Lehen- und Stap herren: inſtrumentum noſtrum clariſſime probat Halsherr, & Halsfrau fuiſſe Dominos fundarios, ad quos collatio prædii & exactio ſervitiorum ſpectabat; at quis unquam dixerit jurisdictionem ſuperiorem pertinuiſſe ad Dominos fundarios! notes etiam velimus Lector jus Emphyteoſis reddi per Erblehen & manſum per Huoba.

NUM. XLIV. Sententia diſſinitiua Iudicis.

Nos Decanus de Swarzenburg .. Eccleſie, & ... uice Capit. ibidem Iudicio preſidentes, quia cum parentibus coram nobis in iudicium ... famulo Commendatoris in .... & .... filia .... dicte Bucherinne de .... & proponente ipſo .... contra dictam .... quod ipſa publice diuulgaret matrimonium eſſe contractum inter eos & ſic falſa diuulgacione ipſum impediret, cum alia matrimonialiter copulari; preſtitis a partibus de ueritate dicenda & calumpnie iuramentis, tam ipſa quam ipſe confeſſi ſunt, nullum eſſe uinculum matrimonii inter eos, nec ipſum ... dicte ... ſuper contrahendo matrimonio fidem aut promiſſum aliquod preſtitiſſe. Quare prefatum .... pronunciamus a predicta .... & eius impedicione penitus abſolutum lata eſt hec ſententia Anno MCCC. &c.

Num.

NUM. XLV. Presentatio ad investituram & pro dispensatione.

Religioso, ac multa morum honestate viro conspicuo, fratri ... Ord. S. M. Teut. Procuratori in curia Avenionensi Generali frater .... eiusdem sancte Professionis Commendator in ... cum suis devotis oracionibus fraternam in Domino Charitatem. Accedit ad vestre honestatis presenciam Dominus Ioannes .... sacerdos presencium exhibitor, noster Capellanus; quem ad quandam ecclesiam Parochialem nobis vacantem presentare promisimus, & volumus, dummodo habilis per dispensacionem ad eandem efficiatur. Et quia idem sub dominio Bawari, qui secundum quosdam Imperator nuncupatur, divina celebraverit, super quem casum dispensationem requirit & affectat, quare honestatem vestram affectuosa instancia moneo & requiro, quatenus eundem vestris salutaribus consiliis informare velitis, qualiter in suo negotio & processu se regere debeat & habere, ipsumque benignius mei amoris intuitu quanto melius & favorabilius poteritis promovere.

Num. XLVI. Sententia diffinita in causa matrimoniali.

Chunradus Decanus, totumque Capitulum Ecclesie in .... discreto viro ... Plebano in ... salutem in Domino. Quia .... filius ... dicti .. de ... vester Parochialis per nostrum sententiam diffinitivam .... filie .... de ... adiudicatus in legitimum maritum, ei cohabitare recusat in sue salutis dispendium & iacturam: propter quod vobis in virtute S. obediencie nec non sub pena suspensionis a divinis & ecclesie ab ingressu, lata sentencia precipiendo mandamus, quatenus eundem .... ammoneatis, ut prefatam .... uxorem suam ad se recipiat, infra instans festum Pentecostes, ipsamque maritali affectione pertractet, alioquin ipsum excomunicatum denuncietis singulis diebus dominicis & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitandum. Quam excommunicationis sententiam in ipsum ex nunc prout ex tunc ferimus sententialiter

in his ſcriptis: ac inde etiam non ceſſantes, donec ſuper ipſius abſolucionem noſtras uidebitis literas ſpeciales.

NUM. XXXVII. Pro exactione debiti.

Dilecto confratri ſuo Domin. S. Canonico Eccleſie S. Andree Heinricus de .... Canonicus eiusdem Eccleſie amicicie & dilectionis quidquid poteſt. Moneo vos preſentibus & requiro quatenus aliquam pecuniam pro ſeptimana veſtra in choro noſtro peragenda per latorem preſencium transmittatis ; quia pecunia quam miſiſtis in quadrageſima pro priori ac poſteriori procuracione ſeptimane veſtre totaliter eſt impenſa. Inſuper ſciatis quod pauci ſunt Canonici preſentes propter quod lectores ſeptimanarum pinguiori volunt ſalario remunerari ; nec adhuc profeſtis diebus poſſunt inueniri vel haberi.

XUM. XLVIII. Materia excuſacionis a conuocacione.

Ego premiſſo meo obſequio ſignifico vobis quod ex quibusdam cauſis ad vos venire non poſſum ... Sic tamen proceſſum meum dirigam, ſi ſum per Dei graciam conſtitutus in latitudine ſanitatis, quod inſtanti feria VI. in cena uobiſcum ero una cum ſocio meo, vel vobiſcum finaliter pernoctabo. Famulum meum exhibitorem preſencium pigrum & tardum, & omnia negocia neceſſaria negligentem & renitentem, vobis habeatis quoad repletionem & ingulacionem, iuxta antiquatam ſeruorum clericorum conſuetudinem recommiſſum , ita quod de ſua replecione poſſit in mea preſencia gloriari. Valete in Domino.

NUM. XLIX. Cauſa matrimonialis de vinculo compaternitatis inuento.

Conſideracione habita diligenti quod diſcuſſiones cauſarum matrimonialium hinc inde habitarum, tam in iure poli quam iure fori

fori ad iudicem ſpiritualem & conſiſtorium Ratisbonenſis Eccleſie pertinent pleno iure. Hinc eſt quod H. . . &c. . . meus parochianus & D. . . preſencium exhibitores de bona voluntate & unanimi conſenſu in ſimul matrimonium contraxerunt inter eos carnali copula ſubſecuta; non obſtante compaternitate quam in contractu matrimonio de plena conſciencia cognouerunt, & ſic ſub illo errõre & vicio uſque in preſentem diem & horam in ſimul Dei timore poſtpoſito & in ſue ſalutis anime diſpendium commanſerunt & adhuc libentibus animis commanent. Quo facto fama & veritate me docente quod inter eos compaternitatis vinculum vigeret & floreret; ut puta quod pater dicti H. ... ipſam D.. ſacro fonte leuauit iuxta officii mei debitum contra eos proceſſi in eos excommunicacionis ſententiam ſubminiſtrans; nolens huiuſmodi erroris vicium ſuſtinere. Quare dictos H. &c. de conſilio ſapientum duxi ad veſtram preſenciam transmittendos, faciendo & procedendo in hoc negocio quod de iure & conſuetudine per vos fuerit faciendum; & ſuper eos veſtras mihi dignemini dirigere literas ſpeciales ut ſecundum earundem literarum ſententiam me ſciam in huiusmodi negocio dirigere & formare. Actum &c.

NUM. L. Pro conductu.

Nobilibus iudicibus & ſeruitoribus uniuerſis gratiam ſuam. Cum nos *talem* ciuem Lantzhut venientem ad diem placiti inter nos & fratrem noſtrum L... conductum pro nobis & noſtris hominibus ac ſeruitoribus veniendo iſta vice, ſtando & redeundo in Lantzhut aſſecurauimus & in noſtrum conductum recepimus ſpecialem: mandamus vobis firmiter iniungentes, ne ipſum preſumatis ut promiſimus in ſe aut rebus ſuis quibuſcunque aliqualiter aggrauare; ſed ſi opus fuerit ipſum ſtudeatis noſtro nomine pro viribus diſpenſare. u).

u) Spe-

u) Spectare videtur hoc documentum ad Rudolfum Bajoariæ Ducem, Comitemque Palatinum cujus in fratrem Ludouicum Imp. odia nemini non sunt nota.

NUM. LI. Querimonia ac iniuriarum explicatio.

Seruitorem nostrum .... ad presenciam vestre excellencie dirigimus, super diuersis vobis nostris defectibus & nostrorum hominum proponendis: inter quos defectus multiplices de his mencionem facimus specialiter: quod per vicedominum de .... & H. . . . nostris illate sunt & cotti die absque racionis debito inferuntur captiuaciones, & capti sunt nostri homines iniuriose & captiui tenentur: H. videlicet Ciuis Salzburg. & quidam alii: spoliati sunt & spoliantur quidam de nostris indebite suis bonis. Insuper *angariantur* & compelluntur nostri ad *insolita* & indebita servicia facienda. Sperantes igitur quod hæc & huiusmodi grauamina *Dominis nostris Ducibus* debeant displicere, petimus ex affectu ut eadem & vobis displiceant.

NUM. LII. Pro inuestitura feodi.

Cum talis iam pluribus annis a territorio abfuerit necessitatis articulo immitti, ut eum hoc sibi, in iure suo quod sibi contra vos competit secundum formam iusticie non debeat aliqualiter aggrauare; discretionis vestre prudenciam &c. quatenus ipsum consideracione nostri habeatis fauorabiliter commissum, eumque de suis feodis dignemini inuestire. In hoc nobis exhibebitis indicium beneuolencie specialis.

NUM. LIII. Instrumentum pro solucione debiti.

Nos H. . . . &c. Quod tali de XX. libris, in quibus sibi tenemur, satisfacere cupientes, presentibus litteris ineuitabiliter ordinamus, quod quam primum Theloneum nostrum in Pyb. a creditore nostro tali exonerari contingat, cui hactenus remanet obli-

obligatum; idem de eodem thelonio recipere teneat ſolucionem pecunie prenotate. Ita quod per III. annos quolibet anno debeat XI. libras recipere & in ſubſequenti lib. VIII. in ſatisfactionem debiti memorati. Et ſuper huiusmodi pecunia exigenda ac etiam recipienda, talem ſuum conſtituimus *memorem*, ac etiam recipiendi debiti receptorem; volentes ex nunc & mandantes preciſe nomine prefati creditoris predictarum XXXIV. lb. ſummam abſque contradictione & defectu inexcuſabili debeat aſſignari iuxta ſolutionis formam ſuperius annotatam.

NUM. LV. Querimonia ac iniuriarum expoſitio.

Expoſuerunt nobis Iudex & ciues in . . . quod non ſolum in eorum ſcandalum & damnum, immo etiam in graue religioſe nec non Eccleſiaſtice libertatis diſpendium, in terminis veſtri dominii imo ut dicitur infra ſepta, per monachos veſtros & officiales vinum de nouo cepitis propinare. Unde cum huiuſmodi factum & ciuium noſtrorum contineat iniuriam & eccleſiaſticam offendat honeſtatem, ſinceritatem veſtram affectuoſe requiro & moneo quatenus ab huiusmodi propoſito deſiſtere debeatis; quia nec vos decet ita facere nec veſtros: verum ſcandalum vertitur aliorum; nec nos ciuium noſtrorum turbaciones dampnoſas diffinire poſſemus aliqua racione.

NUM. LVI. Sentencia diffinita excommunicacionis in contumaciam.

Chunradus Decanus totumque capitulum Eccleſie . . . diſcreto viro . . . plebano in . . . . ſalutem in Domino. Quia . . . . dictus . . . . & . . . . ibidem ad inſtanciam . . . . quondam rectoris puerorum in . . . . a nobis legitime citati, termino ſibi prefixo non comparuerunt in iudicio coram nobis: quare vobis in virtute ſancte obediencie firmiter precipiendo mandamus, quatenus eosdem am-

monitos habeatis ut infra quindenam a receptione presencium predicto ..... satisfaciant aut alias amicabiliter componant cum eodem: alioquin ipsos excommunicatos denuncietis singulis diebus Dominicis & Festiuis publice in ambone, quousque super ipsorum absolucione videritis litteras nostras speciales: quam excommunicacionis sentenciam in ipsos ex nunc prout ex tunc ferimus sentencialiter in his scriptis. Datum &c.

NUM. LVII. Peticio pro libris.

Reuerendo in Christo Patri, fratri ..... Priori ordinis beati Augustini in. ..... amico suo perdilecto frater ..... fratrum ordinis Theuton. plebanus in &c. ... hinc est quod dilectionem vestram intimo ex affectu moneo & requiro quatenus *quaternum* x) *cum pustillis* y) mihi per latorem presencium transmittatis; & si aliquos plures correxistis mihi pro tempore committatis, vel mihi superius mei amoris intuitu rescribere faciatis & de salario vobis satisfaciam inceſſanter &c. Valete.

x) Quaternus, Gallis cahier; chartæ invicem compactæ: hinc quaterniones; ita dicti quod plerumque chartæ duæ, folia quatuor efficientes, jungi solebant.

y) Pustillæ, Postillæ breves commentarii seu notæ marginales in Biblia quæ secundum verba currunt, quasi post illa. Hinc postillator, qui postillas scribit, & postillare. Sic in Epitaphio celeb. Nicolai de Lyra Parisiis legitur: Postillavit Biblia ad litteram a principio usque ad finem.

MONUMENTA AUGIENSIA.

MONUMENTA AUGIENSIA.

PRÆFATIO.

Canonia Augienſis, noſtratibus Au, Cloſter Au dicta, vix unius horulæ itinere a Garza diſtans, ſita eſt in valle perquam amoena, ad radices montis, cui imminet caſtrum Meglingen; priſca ſedes nobiliſſimæ gentis Comitum Meglingenſium, Comitiva Palatii Bojici olim claræ. Venuſtatem loci auget Oenus fluvius, qui Garzam præterlapſus, peninſulam heic format, cujus iſthmum ferme univerſum occupat Augia noſtra.

Origines Augienſes miſere turbavit ambitioſa domeſticorum autorum ſimplicitas; qui vera falſis, divina humanis miſcuerunt, ut primordia ſua auguſtiora & ſexcentis annis

antiquiora redderent. Scilicet, ſi fidem habere integram velimus Legendæ cuidam ſat vetuſtæ lingua vernacula conſcriptæ, quæ recitari ſolebat populo, ad ſacras ſanctæ Felicitatis filiorumque ipſius reliquias undique confluenti: Anno 284. Ediſſina quædam Britanna, ſanctæ Urſulæ ſanctæque Felicitatis cognata, Roma redux, cum ſecundo Oeno Augiam appuliſſet, eam cum ſodalibus ſuis prima habitavit; humaniter ac pio affectu ſuſcepta a Theobardo Comite Meglingenſi eiusque Coniuge Hildegarda: quem ajunt deinceps conſtruxiſſe Sacellum B. Mariæ Virginis, & clauſtrum monialium fundaſſe in Eccleſia ſancti Nicolai. Eadem prorſus habet marmor in atrio Eccleſiæ Augienſis ſervatum, cui Seculo XV. inſculpta fuerunt verba ſequentia:

„ Anno Domini MXX. obiit Dominus Chu-
„ no Comes de Megdling fundator hujus
„ monaſterii hic ſepultus & Alhaydis Comi-
„ tiſſa de Eppan uxor ejus.

„ Anno

„ Anno incarnation. Domini CCLXXXIIII. „ ſupervenit huc Ediſſima cognata beate Urſule „ & ſancte Felicitatis cum reliquiis ſancte Feli- „ citatis & Vital. filii ejus & aliis pluribus. Quam „ Ediſſinam Comes Theobardus de Megdling „ apud ſe cum reliquiis hic fecit permanere, & „ primo conſtruxit capellam beate Marie vir- „ gis glorioſe, & poſtmodum fundavit Klau- „ ſtrum monialium in eccleſia ſancti Ni- „ colai. „

Hæc ad verba marmor prædictum, ſeculum uti jam diximus XV. adultum ſapiens: unde corrigenda ſunt, quæ Franciſcus Petrus Wettenhuſanus in ſua Germania Canonico-Auguſtiniana refert a) ex apographo parum curioſe confecto.

Piam traditionem venerari utique dignum eſt, ac iuſtum: at quis feret ſeculo III. Theobardum Comitem Meglingenſem; quis anno 284. Capellas Chriſto & B. Mariæ Virgini ſacras; quis clauſtra monialium in Norico, nam Bajoariam dicere nefas foret: imperante orbi

orbi Romano Cæſare Diocletiano? Verum enim vero nos ſane procul abſumus, ut ea quæ de Theobaldo Meglingenſi narrantur penitus evertere velimus: quin potius eadem noſtra facere fert animus, ubi primum in tuto collocata fuerit Augienſium ætas.

Oportune nobis adeſt Hundius noſter, qui ex antiquis Eccleſiæ Salisburgenſis monumentis ipſimet tractatis, docet, Baldum, Fimulum, & Robertum presbyteros fundaſſe cellam, quæ dicitur Au cum licentia Ducis Taſſilonis, ipſumque Ducem in beneficio dominico nonnulla dediſſe eidem eccleſiæ. Diſſerta hæc ſunt, & temporis rationi, quæ maximi facienda eſt, imprimis conſentanea.

Iſtam vero cellam ſub Taſſilone conditam, aut reſtauraverunt, aut pinguiore cenſu beatam, Anno 1130. ſub Heribordo præpoſito canonicis regularibus D. Auguſtini tradiderunt Comites Meglingenſes. Confidenter hæc ex faſtis domeſticis afferimus; quinimo conſtans ac perpetua apud Augienſes noſtros

viguit

viguit ſemper traditio, litteris, monumentis, necrologiis, anniverſariis ſacris conſecrata, natales ſuos deberi Meglingenſibus Dynaſtis; qui & Advocatiam Augiæ per duo fere ſecula feliciter geſſerunt; & jura in illam eximia hæredibus ſuis, qui nunc Toeringii ſunt Comites, reliquerurt. Quid igitur obſtat, quin ſecundam fundationem Augienſis Monaſterii, huic genti tot teſtimoniis vindicatam, Theobaldo Comiti tribuamus, quem ad eamdem eadem referunt monumenta, quemque adeo ex ipſa expungere piaculare foret?

Obſtare quidem videtur marmor ſuperius allegatum, quod fundationem Augienſem conceptis verbis adſcribit Chunoni Comiti de Meglingen Anno 1020. defuncto, ejusque Coniugi Adelhaydi Comitiſſæ de Eppan. At ſalva res eſt. Id primum enim omnium conſtat, marmori præfato, in re tam remota haud aliam fidem habendam eſſe, quam quæ in monumentum ſeculi XV. exeuntis cadere debeat. Porro idem ſane marmor ad Theobaldum quemdam Meglingenſem prima refert

Augiæ incunabula, licet miſere impingat in leges Chronologiæ. Sed vero carnificis eſt non medici, ad vivum reſecare, quæ leni fomento adhibito ſanari poſſent. Nec denique de Cunone Meglingenſi, Adelhaydis de Eppan marito, res omnis plana omnino ac expedita videtur. Evolve ſis Lector chartam, quam in diplomatatio augienſi miſcello Num. X. damus & confer illam cum sequente. XI. deprehendes in utraque Adelhaydem Comitiſſam de Meglingen, natam Comitiſſam de Eppan: utraque charta iisdem teſtibus eſt conſcripta: utraque donationem loquitur curiæ in Meiſa, Augienſibus factam. At vero poſterior data fuiſſe dicitur temporibus Inocentii Papæ, & Friderici Epiſcopi Tridentini: qnæ quidem temporis nota incidit inter annos 1204. & 1216. quibus Eccleſiam Catholicam rexit Innocentius III. Tridentinam Fridericus: quin & autographa ipſa ſcriptorem produnt ſeculi XIII. ineuntis.

Hæc cum ita ſint, nil aliud ſupereſt, quam ut dicamus duos fuiſſe Cunones Meglin-

glingenſes, duas Adelhaydes de Eppan ipſis nuptas: quarum prior Anno 1020. deſierit rebus humanis intereſſe, & Augiam fundarit; altera Anno circiter 1220. defuncta ſit & Augiam ditarit: quod quidem vero vix eſt ſimile. Si minus hæc placeant, in noſtram utique deſcendendum erit ſententiam. Scilicet: una tantum vixit Adelhaydis de Eppan, uxor Cunonis de Meglingen Anno circiter 1220. defuncta. Huius autem ac mariti apud Augienſes ſepultorum cœnotaphium, quocunque caſu deſtructum, Seculo XV. reſtaurauerunt viri boni; omiſſis ſignis ducenariis C. C., quas forte non viderunt, aut de induſtria videre noluerunt. Judicium eſto penes Lectorem. Sufficiat nobis indicaſſe, quæ circa marmor præfatum notari debeant, modumque quo ſervari poſſit fides traditionis utique venerandæ, quæ fundatorem primum Augiæ celebrat Theobaldum Comitem Meglingenſem.

Cæterum notes velimus lector, cartam egregiam anni 1068. quam in diplomatario

miſcello primam damus, hoc titulo inſignem „ Ego Hartwigius auenſis Eccleſiæ D. „ G. Præpoſitus atque Archipresbiter „; hinc conſtat omnino archidiaconalem dignitatem, qua jam per ſexcentos, & quod excurrit annos claret Garzenſis canonia, ſeculo XI. adhæſiſſe Augienſi ſive Eccleſiæ ſive præpoſito Hartwico. Incertum, quo illa tempore, modove ad Garzenſem pervenerit: quodſi tamen aliquis id contigiſſe arbitetur ævo Heinriciano vel Fridericiano, durante diſcordia ſacerdotium inter & imperium, quæ quidem Bojoariam ſacram miſere afflixit, illi nos facilem præbebimus aſſenſum.

Augienſium Prepoſitorum primum fuiſſe perhibent monumenta domeſtica B. Rudhandum, illuſtri apud Baioarios proſapia natum, ac vita ſancte peracta imo & miraculis clarum. Colit adhucdum ipſius memoriam Augia pia, Deumque O. M. obteſtatur, det ſibi aſſurgere in virtutes ſanctosque mores beati Rudhandi. Ignoraſſe eum, vel certe ſilentio præteriiſſe, miramur celeberrimum auctorem Bavariæ ſanctæ. Suc-

Succeſſorum B. Rudhardi ſeriem haud vulgari induſtria concinnavit Abrahamus Crompergerus ſeculo XVI. exeunte Præpoſitus augienſis, inter paucos memorandus, ſi ea, qua cæperat, ire via invictus perrexiſſet. Reliquorum D. D. Præpoſitorum nomina atque ætatem quin & faſtos Augienſes egregios, in Bajoaria ſacra olim evulgandos, debemus Pl. Rev. Canoniæ hujus Decano D. Auguſtino Aurachero, viro humanitatis æque ac doctrinæ laude maxime conſpicuo: qui Crompergeri ſupplendi ac corrigendi ſpartam in ſe ſuſcepit: ſub auſpiciis reverendiſſimi Præſulis Augienſis Franciſci Xaverii, academiæ Boicæ Sodalis honorarii; cuius in nos, ſtudiaque noſtra merita ac impenſum favorem, jam ſupra in generali præfatione hujusce voluminis grata mente celebravimus.

Monumeta augienſia jam primum ex ſcriniis protracta, in duas diſtribuimus partes. Prima exhibemus traditionum augienſium formulas CCXV. ex codice membranaceo opti-

mæ notæ, ſeculo XIII. ineunte exarato: non nulla ſeculo XIV. peractas adjecit manus coæva. Altera parte venit diplomatarium miſcellum, continens monumenta varia LXXVI. quorum alia ex autographis deſcripta integra vulgamus: ex aliis ſolumodo depromſimus ea, quæ olim inſervire poterunt Genalogiæ Bojcæ ſtudioſis.

a) In collectione Scriptor. Rer. Hiſtorico Monaſtico - Eccleſiaſticarum Michaelis III. Præpoſiti Wengenſis Tom. III. pag. 117. ſeq.

SERIES DD. PRÆPOSITORUM AUGIENSIUM.

1. B. Rudhandus.
2. Hartwicus Anno 1068.
3. Fritilo.
4. Fridericus I. 1123. † 1128.
5. Hugo. †. 1129.
6. Heribordus † 1154.

7.

7. Lotharius † 1195.
8. Pabo †. 1225.
9. Conradus I. † 1259.
10. Henricus † 1267.
11. Rudolphus † 1268.
12. Eberhardus res. 1289.
13. Ortwinus † 1306.
14. Wernherus I. † 1314.
15. Theodoricus † 1318.
16. Fridericus II. † 1327.
17. Wernhardus † 1361.
18. Udalricus † 1376.
19. Fridericus III. † 1396.
20. Franciſcus † 1422.
21. Petrus I. † 1445.
22. Vincentius † 1457.
23. Georgius. † 1463.
24. Johannes I. res. 1464.
25. Wilhelmus †. 1504.
26. Chriſtannus dep. 1515.
27. Sebaſtianus † 1524.
28. Petrus II. † 1540.
29. Chriſtophorus † 1540.

30. Johannes II. † 1553.
31. Johannes III. † 1581.
32. Abrahamus dep. 1593.
33. Mathias † 1604.
34. Balthaſar † 1628.
35. Ambroſius † 1640.
36. Georgius II. res. 1651.
37. Alexander † 1689.
38. Franciſcus II. † 1710.
39. Auguſtinus † 1715.
40. Joachimus † 1748.
41. Patritius † 1761.
42. FRANCISCUS XAVERIUS Electus 1761. 20. Octobris.



Mo-

IHS

MONUMENTA AUGIENSIA.

Codex Traditionum.

Anno MCCXIII. ſcriptum eſt ut ſequitur Indictione VI. regnante Imperatore Friderico II.

NUM. I. circa AN. 1120.

Cognoſcat omnium Chriſti fidelium tam futurorum, quam preſencium induſtria, qualiter Awenſis Advocatus *Chuono* eiusque coniux nomine *Hiltigart* cum pari filiorum ac filiarum ſuarum conſenſu, pro remedio animarum ſuarum, ſuorumque Parentum delegaverunt ad altare ſancte Marie & ſancte Felicitatis in loco qui dicitur Awa talia predia, que habebant in locis his nominibus deſignatis: *Herrantiſperg ſolare*, *Niunhuſin*, *Chumheim*, *Riſchach*, *Hoffichircbin* per obitum ſuum, niſi forte prius pro maiore Dei retributione ſui ſponte ab his ſe ſubtrahant, ſin autem diſinierunt tandem, ut mox cum unus ex illis defunctus fuerit, dimidium prediorum iam ſupra dictorum in uſum fratrum eo loci Domino communiter vivendo militantium redigatur, cum univerſis mancipiis, pecudibus, ac ceteris utilitatibus, que tunc temporis in eis reperiantur, per finem vero alterius eodem modo absque omni contradictione de reliquis agatur.

Similiter Mater eius ſcilicet *Chuononis*, nomine *Richilt* eadem hora delegavit ſub eadem conditione predium ſuum, quod habuit cominus Baſilicam ſancte Margarete apud *Windiperc*, Chuonrado AEpiſcopo preſente, ac eadem ſuſcipiente, una cum Advocato ſepe dicto Chuonone circumſtante exercitu hec vidente & audiente. Simili modo *Wecil* etiam *de Amphingin* tradidit eadem hora predium ſuum, quod videbatur habere in loco qui dicitur Patingin & equaliter dederunt *Maganus*, & Iuditta predium, quod

apud *Prucinhovin* poſſederunt. Harum omnium teſtes ſunt nobiles *Ratpoto Comes de Abinpere*, *ac Comes Wolfrat de Trevin*, *Perinhart de Geppinheim*, *Heinrich de Gerin*, *Wolfbert de Tegrinwach*, *Purchart de Chagirin*, *Chono Advocati filius*, *Ruothart*, *Timo*, *Fritilo*, *Comes Sigahart de Purchuſin*, *Chadelhoh de Scerolvingin*, *Ratboto*, *Engilbert*, *Pertold de Trum*, *Engilram*, *Lantpret de Eigilshaim*, *Diemar*, *Chonrat de Albunisheim*, *Walchuon*, *dietrich de Rubilſtorf*, *Willihaim de Rintpach*, *Willehalm de Puocho*, *Heinrich*, *Chunrat*, *Reginpert de Seehirchin*, *Reginhart*, *Walthere Eckipret de Amphingin*, *Reginhart de Strata*, *Reginhart de Gruobo*, *Afran de Iſino*, *Heinrich de Acingin*, *Pertholt*, *Heriport*, *Ruotpret de Aſcuowi*, *&c.*

NUM. II.

Aribo Goldin filius tradidit predium ſuum quod habuit apud Zachinheim ad idem altare, & hi ſunt teſtes: Fritilo, &c.

NUM. III. circa AN. 1123.

Nouerint uniuerſi Eccleſie filii, quod pro Lantfrido, qui unum tantummodo debebat nummum ad altare S. Felicitatis, tradita eſt fridarum cum omni poſteritate ſua iuſto concambio pro quinque nummis ad altare idem annuatim ſoluendis. Quod ſi duobus annis non dederit, & in tercio non emendauerit, prebendaria ſit deinceps fratrum inici Domino famulancium. Huius rei teſtes ſunt Eppo, Eingildie *Marchwart de Eſcinder*, Waltchon, Warinhere, Aribo, Anno ab incarnatione Domini M. C. XXIII. tempore Caliſti Pont. ſecundi, Chonradi I. Archi Epiſcopi, Chuononis aduocati, Friderici Prepoſiti.

NUM. IV. circa AN. 1125.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter quidam nobilis homo *Heinricus nomine frater Chonnonis de Megelingin*, quandam mulierem Azzil nuncupatam, que fidei ſue commendata erat, ita ut eam aut liberam efficeret,

aut

aut quocunque eadem mulier peteret, delegaret, delegauit ſuper altare S. Felicitatis in loco qui dicitur Awe, *eo iure quo legitimi miniſteriales utuntur*, cum omni ſua poſteritate. Et hoc factum eſt conſenſu & collaudatione *Salzpurgenſium miniſterialium*, *Advocato Chuonone* preſente, & hoc ſtabiliente. Huius rei teſtes ſunt liberi homines *Fritilo de Stammechirchin*, *Ruothart de Rietpach*, & ceteri complures liberi, & miniſteriales.

NUM. V. circa AN. 1125.

Pateat omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis nomine *Dietpoldus de Chagara* cum conſenſu uxoris, filiarumque eius per manum traditoris ſui, predium ſuum, quod ſitum eſt *Hovo*, delegavit ſuper altare S. Felicitatis ad uſum fratrum communem illic vitam ducentium. Huius rei teſtes ſunt *Purchart de Moſipurh*, *Gebehart de Vallei*, *Dietmar de Wilchirchin*, *Adalrich*, & frater eius *Chonrat de Sechirchin*, *Megingoz de Surperc*. *Reginwart de Sandinheim*, *Willihalm de Wintpozingin*, *Walthere de Amphingin*, cum predicto autem predio cambiuit ipſe inde predium, quod dicitur Pecilinſperch in proprium poſteritatisque ſue uſum.

NUM. VI. circa AN. 1130.

Notum ſit cunctis Chriſti Fidel. tam fut. quam preſent. qualiter quidam Salzpurgenſis miniſterialis nomine *Wernhere de Pabensheim* pro remedio anime ſue, ſuorumque parentum delegavit ſuper alt. S. Felicit. Awe quasdam proprias ancillas ſuas nomine Hizilè & Ita cum liberis ſuis habitis & habendis; ea conditione, ut per ſingulos annos quinque ſolverent denarios, quod tributum ſi forte tribus annis neglexerint, & in quarto non emendaverint, propria ſint eiusdem altaris mancipia ad cottidiana ſervitia, *Advocato Chuonone* hec omnia ſuſcipiente & ſtabiliente. Huius rei teſt. ſunt eiusdem *Advocati filius Chuono*, & complures liberi & miniſteriales, & eiusdem eccleſie homines.

NUM. VII. circa AN. 1130.

A die iſta & deinceps alte memorie commendamus, quod quidam nobilis homo *Ruothardus de Rietpach* quamdam ſue poteſtatis famulam, ſcil. Engilam ad altare S. Felicit. tradidit, et videlicet conditione, ut ipſa una cum omni poſteritate ſua in perpetuum ſingulis annis ad prefatum altare quinque nummos deferrent, quod ſi hoc tribus annis neglexerint, & in quarto non emendaverint, ſtipendarii eiusdem altaris exiſtant. Huius rei teſtes ſunt *Eingildie de Berga*, *Gothefrit de Friheim*, *Laudiger de Lakin*, Pertolt, Ruodolf, *Arnolt de Liubinbrucca*.

NUM. VIII. circa AN. 1130.

Simili modo tradiderunt ſuper idem altare quedam mancipia pro quinque denariis anuuatim reddendis, quorum hec ſunt nomina, Adelbero & uxor eius Iudith, Altmann Gœtte Pertha, Iudith, Eppo, Wernhart, Luitkart, Adalbert, Kehruwin, Pertholt, Friderich, Althere, Witelo, Rathere, Gumpolt, Reginpolt, Mathilt. Huius rei teſtes ſunt *Adalpreht de Moſepurch*, *Timo de Rieden*, *Engildie de Perge*, *Chuonrat de Chagene*, & filius eius *Chuonrat*, *Ruodiger de Steinchirchen*, *Purchart*, *Richere de Megelingen*, *Arnolt de Liubenprucke*, *Pertolt de Hondorf*, *Adalpreht de Megelingen*, *Meriboto de Tampach*, *Adalram de Grevengarze*, *&c.*

NUM. IX. circa AN. 1125.

Item notum ſit, quod quedam nobilis mulier nomine *Hazaga de Lengendorf* tradiderit propriam ancillam ſuam nomine Werinburgam ſuper altare S. Felicit. in locum qui dicitur Owe pro quinque denariis, annuatim ad eundem locum ſoluendis. Quod ſi tribus annis non dederit, & in quarto non reſtituerit, propria ſit ſervili iure. H. r. t. ſ. *Ruodiger de Steinenchirchen*, *Otto*, *Anno de Rubilſtorf*, *Engeldie de Perge*, *Merbort de Tampach*.

Num.

NUM. X. circa AN. 1125.

Item notum ſit cunctis veritatis amatoribus, quod quidam de familia S. Ruodperti, nomine Adalbertus de Percheim tradidit in locum qui dicitur Owa, predium, quod habuit ſuper montem, qui dicitur *Pfaffenberch* ſitum. H. r. t. ſ. Eberhart, Gotefrit, *Goteſcalch de Percheim*, *Luithere de Richersheim.*

NUM. XI. circa AN. 1125.

Quidam nomine *Helenpreht de Aſcuowe* tradidit propriam ancillam ſuam nomine Enchewib. una cum filio ſuo Engilberto per manum traditoris ſui *Ruodolfi de Richersheim* ſuper altare S. Felicit. pro quinque denariis annuatim ſolvendis.

NUM. XII. circa AN. 1125.

Eodem die *Avram de Iſene*, *& Herbort de Friheim* tradiderunt quoddam predium, quod habere videbantur in loco qui dicitur *Luhebach* ſuper altare S. Felicit. h. r. t. ſunt *Volcholt*, *Ruotpert de Aſchowe*, *Dietmar de Durrenperch*, *Engildie de Perge*, *Ruodiger de Steinchirchen*, *Chuonrat de Chagene*, *Volcholt de Friheim*, aliique quam plures hec audientes & videntes.

NUM. XIII. circa AN. 1125.

Pateat cunctis ſancte fidei filiis, qualiter *Hazaga de Haſelperge* tradidit propriam ancillam ſuam nomine Enhewib cum filio ſuo Chuonrado ſuper altare S. Felicitatis pro 5. denariis annuatim reddendis. H. r. t. ſunt *Volcholt de Aſchowe*, *Engildie de Perge*, *Ruodiger de Steinenchirchen*, *Timo de Rieden. Arnolt de Liubenprucke*, *Volcholt de Friheim.*

NUM. XIV. circa AN. 1125.

Noverit univerſalis eccleſia, qualiter quedam femina nomine Adelheit, tradidit quedam mancipia ſua his nominibus deſignata, Willibirch, Pertha, Chuonrath ſup. alt. S. Fel. in loco

qui dic. Owe, pro 5. denariis. H. r. t. sunt *Engildie de Perge*, *Ruodeger de Steinenk. Volcholt de Friheim*, *Purcharth de VViorre*, *Herbort de Friheim*, Witego.

NUM. XV. circa AN. 1125.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter quidam Salzpurgensis Ecclesie Ministerialis nomine *Marchwardns* cum consensu & manu sororum suarum *Adelheidis & VValpurgis* tradidit predium suum *Ellenprehtingen* manu propria per manum traditoris sui *Adalberti de Megelingen*, cuius fidei prius servandum commendaverat sup. altare S. Felicitatis, in loco qui dicitur Oua pro 10. talentis argenti, qui sibi dederit fructus eiusdem loci, portiones vero predictarum sororum suarum alio predio in loco qui dicitur Tale, duobus talentis redemerunt. H. r. t. sunt *Pabo de Chirchtorf*, *Engildie de Perge*, *VVolcholt*, *Richere de Megelingen*, *Ruodiger de Steinenchirchen*, *Herbort*, *Luither*, *Adalrich de Poetenperch*, *Chuono de Syerthse*, *Dietmar de Durchslehte*, *Heinrich de Engelprechtesheim*, *Herbort de Friheim*.

NUM. XVI. circa AN. 1125.

Similis modo quedam nobilis femina *Gertrud nomine de Mosеburch* tradidit quoddam predium suum nomine *VValtelheim* consensu filii sui *Adalberti* sup. alt. S. Felicit. in loco Ove pro remedio anime sue suorumque parentum, tradidit & quedam mancipia, quorum hec sunt nomina Altmann, Nortwin, Pertolt, Alther, Ulroch, Renginger. H. r. t. sunt *Chuono Iunior*, *Herbort de Friheim*, *Volcholt*, *Arnolt de Megelingen*, *VVernhere de Geppenheim*, *Richpero de Ramsoue*.

NUM. XVII. circa AN. 1125.

Item quidam nomine sigboto delegavit predium suum quod habebat in loco qui vocatur *Augelesheim* sup. alt. S. Fel. pro tribus talentis argenti. H. r. t. sunt *Herbort de Friheim*, *Ruothart*, & filius eius *VVernhere de Rietpach*, *Luither de Richersheim*, *Herbort*.

NUM.

NUM. XVIII. circa AN. 1125.

Eodem modo *Ruothart de Rietpach* tradidit propriam ancillam ſuam nomine Azala ſuper altare prefatum pro quinque denariis annuatim reddendis. h. r. t. S. *Engildie de Perge*, *Merboto de Tampach*, *Adalpret de Megelingen*, *Pertolt de Heudorf*, *Luither de Richersheim*, *Wernher de Rietpach.*

NUM. XIX. circa AN. 1125.

Nouerint omnes in Chriſto credentes, qualiter quedam femina nomine iudith tradidit proprium ſeruum ſuum Rudolfum conſenſu filiorum ſuorum ſuper alt. S. Fel. pro quinque denariis annuatim reddendis. H. r. t. S. Pertholt, &c.

NUM. XX. circa AN. 1130.

Nouerint ſancte uniuerſalis Eccleſie filii, qualiter quedam magne nobilitatis femina vocabulo *Petruſſa de Ramſuue* delegauit predium ſuum, quod habere videbatur in loco qui dicitur *Hekkingen* ſuper alt. S. Fel. Auue pro remedio anime filii ſui *Richperonis*, ſuornmque parentum ac debitorum. H. r. t. ſunt *Sigbotho de Richenhart Uodalrich de Cella*, *Chuonrat*, *Pabo*, *Ruotprecht*, *Eppo de chirchdorf. Uodolrich de Hove*, *Volcholt de Aſchaue*, *Arnolto Merboto*, *Richere*, *Chuonrat de Megelingen*, *Engildie de Perge*, *Irmvrith de Chirchdorf*, *Merboto de Tampach*, & alii quamplures hec videntes & audientes.

NUM. XXI. circa AN. 1130.

Nouerint omnes Chriſti fideles, qualiter *Palatinus Comes* Otto tradidit per manum traditoris ſui *Wilehalmi de Puoche* quoddam predium ſuum in loco qui dicitur *Lohe* ſitum, ſuper alt. S. Felicit. Auue. Hoc autem factum eſt rogatu & conſenſu cuiusdam Miniſterialis ſui *Gozuvini* eiusdemque uxoris, nec non & filiorum, filiarumque amborum, quorum hoc erat hereditarium, ea racione media, ut unus ex filiis eorum nomine Chuonradus

in

in communem vitam ibidem susciperetur, sicut rraditus fuerat a Domino suo prefato Palatino Comite, quod ita factum est. H. r. t. sunt *Chuno Iunior de Megelingen*, *Adalpreht de Mosepurch*, *Friderich de Chazbach*, *Wernhere de Geppenheim*, *Herbort de Fricheim*, *Engildie de Perge*, *Volcholt de Ascowe*, *Arnolt. Richere*, *Merboto*, *Volcholt*, *Eberhart*, *Walthere*, *Eberhart de Megelingen*, *Chuonrat de Wolgantesperch*, *Liudger de Lohe*, *Pertolt de Hoydorf*, *Merboto de Tampach*, *Adalpret de Cranperch*, *Luither de Richerheim.*

NUM. XXII. circa AN. 1130.

Similiter quidam *Herbordus* Salzburgensis Ecclesie Ministerialis tradidit quoddam pratum suum in loco qui dicitur *Ascowe* situm super alt. S. Felicit. Ouue pro sex solidis argenti: ea quoque condicione, ut si quis ex sua cognacione illud velit illic optinere, det in usum Ecclesie tria argenti talenta. H. r. t. sunt Arnolt, Richere, Merboto, Purchart de Megelingen, *Meriboto de Tampach.*

NUM. XXIII. circa AN. 1130.

Item vir quidam nobilis nomine *Vernhere* tradidit propriam ancillam suam nomine Perta super alt. S. Felicit. in loco qui dicitur Auua pro 5. denariis annuatim reddendis. H. r. t. sunt superius prescripti.

NUM. XXIV. circa AN. 1130.

Nouerit uniuersalis Ecclesia, qualiter quidam *Chuonradus de Cella* tradidit quoddam predium empticium in loco qui dicitur *Lugenzenburch* situm per manum traditoris sui *Vichpotonis de Chlusa* super alt. S. Felicit. Auue. H. r. t. sunt *Friderich de Chazpach*, *Marchwart de Ritpach*, *Ratpoto de Ramsoue*, *Engildie de Perge*, *Pertold de Hoydorf*, *Pabo de Surheim*, *Heinrich*, *Chuonrat*, *Gebeno*, *Heinrich de Megelingen.*

Num.

NUM. XXV. circa AN. 1130.

Habuit quoque idem *Chuonradus de Cella* aliud predium in eodem loco *Lugenzenburch* positum, quod per manum *Chuononis filii* sui delegauit *Ratpotoni de Ramsuoue* Auensi Ecclesie conseruandum, & quocunque fratres eiusdem loci peterent delegandum. H. r. t. sunt *Udalrich de Cella*, *Udalrich de Lerenprun & filii eius. Prun & Gebhart de Hekenheim*, *Ruotprecht de Hunfingen*, *Pertholt de Haselpach*, *Chuonrat de Richsmansperc*, *Adalpreht ex urbe*, *Gotfrit de Preitenowe*, *Baltuin de Holze*, *Wiepoto de Chluze*, *Pabo*; *Udalrich de Schiltaren*, *Ruodeger & filius eius Ruodeger de Steinchirchen*, *Gotfrit de Adalhartesheim Ruotprecht de Orengey.*

NUM. XXVI. circa AN. 1130.

Quidam vir nobilis nomine *Adalpertus de Mosenpurch* tradidit quedam mancipia sua sup. alt. S. Fel. Ouue pro 5. denariis annuatim reddendis. Hec sunt nomina mancipiorum: Heinricus, Horduinus, Adelheit & filie eius Irmgart, Hilta, Mathilt. H. r. t. sunt *Chuonrat iunior*, *Ruodeger de Steinenchirchen*, *Chuonradus de Chagene*, *Ruodolfus de Richersheim*, *Volcholdus*, *Ruodbertus de Ascuoue Engildie de Perge*, *Volcholt*, *Arnolt*, *Chuonrat de Megelingen.*

NUM. XXVII. circa AN. 1130.

Item quidam ex militibus Domini *Chuononis Aduocati* nomine *Waltherus* cum consensu uxoris sue nomine *Goethlind* tradidit per manum traditoris sui *Ruodperti de Ascuoue* partem predii quod habuit in loco qui dicitur *Pfafenberch* super altare S. Felicit. Auue. H. r. t. sunt *Wernhere de Geppenheim*, *Herman de Walde. Chuonrat*, *Pabo*, *Sigihart de Chirchdorf*, *Walthere de Chreiburch*, *Engildie de Perge*, *Herbort de Friheim*, *Ruotprecht & filius eius Ruotpreht de Aschuve*, *Arnolt*, *Volcholt*, *Merboto*, *Richere de Megelingen*, *Ruodolf de Richersheim.*

NUM. XXVIII. circa AN. 1130.

Pateat omnibus Christi fidelibus, qualiter duo Germani nobiles viri *Sigiharth*, & *Timo* tradiderint quoddam predium in loco qui dicitur *Rieden* situm super alt. S. Felicit. Auue per terminum vite amborum, pro remedio animarum suarum, suorumque parentum ac debitorum. H. r. t. s. *Wernhere de Geppenheim*, *Rapoto de Ramsue*, *Chuonrat*, *Pabo*, *Ruotpreht*, *de Chirchtorf*, *Herborth de Friheim*, *Chuonrat de Flozingen*, *Arnolth de Westerperch*, *Arnolt*, *Volcholt*, *Merboto de Megelingen*, *Liudeger de Lohe*, *Pertholt de Hondorf*, *Sigihart*, *Dietmar de Heysse*, *Merboto de Tampach*, *Ruothart de Chreidorf. Pernolth de Perlungesheim*, *Heimo de Gundingen*, *Eppe de Hunheim*, *Herbordo Preposito*, *Chuonone aduocato susciptientibus.*

NUM. XXIX. circa AN. 1130.

Nouerint hoc quoque uniuersi sancte Ecclesie filii, qualiter quidam Ratisponensis Ecclesie ministerialis nomine *Udalricus de Giebingen* huic seculo renuncians tradidit per manum fratris sui *Chuonradi* quoddam predium in loco qui dicitur *Luegelsheim* positum, & dimidium mansum uille que dicitur Giebingen uicinum, super alt. Felicit. Auue, delegauit quoque super idem altare quedam mancipia pro 5. denariis annuatim reddendis, quorum hec sunt nomina &c. H. r. t. sunt *Herman de Rintpach*, *Richpero de Ramsue*. *Pabo*. *Chuonrat de Chirchdorf*. *Gotscalch de Giebingen*. *Udalrich de Houo*, & alii quam plures hec audientes & uidentes.

NUM. XXX. circa AN. 1130.

Quedam Salzburgensis ministerialis femina nomine Mathilt tradidit quedam mancipia sua his nominibus designata Liutburch, Richilt, Udalrich sup. alt. S. Fel. Aue pro 5. denariis annuatim reddendis. H. r. t. sunt Marchwartus & filius eius Prun. Rudiger de Friheim, Adalprecht, Wernher, Maganus de Grikelheim, Liudiger de Lohn.

Num.

NUM. XXXI. circa AN. 1130.

Quidam Salzpurg. Eccles. miniſterialis nomine de Friheim conſenſu uxoris ſue nomine Fridarun tradidit quedam mancipia ſua ſup. alt. S. Fel. Auue, pro 5. denariis per ſingulos annos ſoluendis. Hec ſunt nomina mancipiorum: Wernpurch, Germuotha, Engild, Iuota, H. r. t. ſunt *Herbortus*, *Udalricus*, *Truont de Friheim*, *Ruotprecht*, *Gotſcalc*, *Herbort de Aſchoue*, *Engildie de Perge*, *Eberhart de Zugilsheim*.

NUM. XXXII. circa AN. 1130.

Hec ſunt loca, in quibus Elcleſia Owenſis recipit duas partes decimarum: in Eccleſia *Wange*, in uilla 3. hoube & manſus ſchart Houba, item Celhaim Hoube 2. & manſus 2. item in Eccleſia EoulGrueb Heuba, Schalchewinchel hoube 2. mandato uenerab. Archiepiſc. Salzpurg. in parochia mittergarz in curia Zahenheym &c.

NUM. XXXIII. circa AN. 1130.

Omni generationi que uentura eſt, ſit ſancte deuocionis opus memoriale, quod magne nobilitatis homines *Chuono*, & Uxor eius *Hiltigardis* de ſua liberalitate Domino in modicum adminiſtrantes, ut reciperent pro paruis magna, pro terrenis celeſtia, pro temporalibus ſempiterna, conſenſu filii ſui *Chuononis* ſuarumque filiarum & uxoris, tradiderit in locum qui dicitur Aue ad honorem & miniſterium Domini omnipotentis & S. Dei Genitricis Marie ſancteque Felicitatis Martyris atque omnium ſanctorum ſuorumque ſeruorum, ibidem ſub communi uita regulariter Domino ſeruientium tale predium, quale poſſederant in loco qui dicitur *Holzhauſen*, cum omnibus ſuis pertinentiis longe uel prope poſitis exſtantibus, & reditibus cultis & incultis, ſiluis, pratis, paſcuis, piſcationibus, & quibusdam propriis mancipiis ibidem locatis, cum omni iure ſue poſſeſſionis, ea tamen ratio-

ne media, ut ſi qui in futurum Epiſcoporum uel Prepoſitorum uel Fratrum in ibi manentium alicuius leuitatis inſtinctu uel inſtabilitatis uelint transmutare locum qui dicitur Ouue, in eum locum qui dicitur *Holzhauſen*, habeant poteſtatem ſupra dicti heredes recipere ſuum absque omni contradictione predium H. r. t. ſunt *Ruodeger*, *Friderich de Chazpach*, *Willehalm de Puoche*, *Wernhere de Geppenheim*, *Wolcolt*, *Arnolt Merboto*, *Richere*, *Adlo*, *Gebehar*, *Eberhart*, *VValtere*, *Sachſo*, *Chuonrat de Megelingen*, *Ruodeger de Stienenchirchen*, *Chuonrat de VVolfganteſperg*.

a) de Meglingen vid. N. I.

NUM. XXXIV. circa An. 1130.

Etas preſens agnoſcat & futura, qualiter duo conſratres *Liebardus & Dietmarus de Lanzingen* tradiderunt predium ſuum quod habebant *VValheſperch* in uſum Fratrum Domino canonice uiuentium in loco qui dicitur Ouue. H. r. t. ſunt *Chuono Aduocatus*, *Adalbertus de Moſepurch*, *Herman de VValde*, *Pertholt de VValde*, *Chuonrat*, *Pabo*, *Ruotprecht*. *Pabo de Chirchtorf*, *Gotefrit de Adalhartesheim*, *Chuono*, *VVolftrigel de Lanzingen*, *Volcholt*, *Arnolt*, *Meriboto de Megelingen*, *Ratpoto de Ramſue*, *Ruothart de Rintpach*.

NUM. XXXV. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus legitimum concambium, quod factum eſt inter Abbatem Sewenſem *VVolfherum*, & Prepoſitum Owenſem *Heribortum*, conſilio & conſenſu Fratrum ſuorum per manus utriusque Aduocati ſui Chuononis de Megelingen. Datum eſt itaque pratum, quod fuit *Sewenſium*, ſitum iuxta fluuium Iſina, pro predio quod fuit Owenſium, ſito in loco qui dicitur *Otsheim*. H. r. t. ſunt *VVernhere*, *& nepos ſuus Ruodprecht de Geppinheim*, *Engilram & frater ſuus Lamprecht de Eigilsheim*. *Dietrich de Sliwingen*, *Siboto de VValde*, *Arnolt de Trumpach*, *VVillehalm de Puoch*, *Ratpoto de Ramſoue*, *Chuonrat*, *Pabo de Chirchtorf*, *Engeldie de Perge*, *Herbort de Friheim*, *Liudeger de Lohe*, *Adal-*

precht

precht de Chranberch, VVernhart de Heltinſtein, VValhere de Chraipurch, Udalrich de Putenperch, Udalrich, Chalhunt., Ortolf de Leimingen, Chuono de Sneitſe, Starchant Houtehelz Udalrich de Arbingen, Gebartygo de Preitndorf, VVernhart, Ruodeger de VVilchirchen.

NUM. XXXVI. circa An. 1140.

Item notum ſit, quod uenerabilis Salzpurgens. Aechiepiſcopus Chuonradus tradidit ad altare S. Fel. Owe molendinum in loco qui dicitur *Mitterngarze* cum mancipiis ibidem locatis pro remedio anime ſue, & *ambulatore* b) X. talenta ualente H. r. t. ſunt *Romanus Gurzneſis Epiſcopus, Luitwinus de Salzpurch, Engeldie de Perge, Luideger de Lohe.*

b) Ambulator: Equus. noſtratibus Paſsgænger. vid. Du Cange.

NUM. XXXVII. circa An. 1130.

Notum ſit omnibus, quod uenerabilis Ratiſponenſis Epiſcopus *Chuono*, & Dominus Chuono *de Megelingen* conſilio ſapientium fidelium ſuorum fecerunt quandam commutationem inter ſe iuſte & legitime. dedit enim predictus. Epiſcopus Domino Chuononi duos manſus in montanis in loco qui dicitur *Poccharn* cum omnibus pertinentiis ſuis in proprium, quos ante poſſederat in beneficium. Dedit autem Dominus Chuono predicto Epiſcopo in proprium duas curtes, in loco qui dicitur *VVatenpach*, cum ſuis omnibus pertinentiis, & hoc factum eſt ſub tempore Liutheri Imperatoris, & generi ſui Ducis Heinrici, fratris *Gweluonis*, *qui tunc temporis fuit Ratiſponenſis Archiaduocatus*, preſentis in hac re & *iuhe ſuo confirmantis* in loco qui dicitur Otingen. H. r. t. ſunt *Otto Palatinus Comes, Gebehardus Comes de Purchuſen, Sigifridus Comes*, c) *Gebehardus de Hintenpurc, Altmannus de Sigenburch, VVernhart de Stoyſe, Udalrich de Leren, Sigehart de Eberſpurch, Chuonrat de Cella, Otto de Rore, Richere, Raſolt, de Sconenberch.*

c) de Hochenburg. vid. monum. Atil. n. I.

NUM. XXXVIII. circa. An. 1130.

Nouerint omnes Christi fideles, qualiter Comes *Gebehardus de Purchusen* tradidit quedam propria mancipia sua super Alt. S. Felicit. in loco qui dicitur Oua pro remedio anime sue suorumque parentum ac debitorum ea racione, ut per singulos annos reddant 5. denarios. Hec sunt nomina mancipiorum Richilt, Rickart, Selinth cum liberis suis habitis & habendis. H. r. t. sunt *VVernhere de Geppenheim*, *Bertholt de VValde*, *Herbort de Asuouve*, *Herbort*, *Volcholt*, *Udalrich de Friheim*, *Meriboto*, *Richere*, *Adalo*, *Gebehart*, *Purchart de Megelingen* *Pertolt de Heydorf*.

NUM. XXXIX. circa Ar. 1130.

Quedam femina Salzpurgensis Ecclesie ministerialis nomine *Engildie de Perg.* tradidit predium suum in loco qui dicitur *Gruoba* situm, super Alt. S. Fel. Aue. H. r. t. sunt *Rapoto de Ramsue*, *Chuonrat de Chagene*, *Chuono de Sneitsen* *Pertholt de Hastpach*, *Ortwin de Houc*, *Volcholt de Friheim*, *Arnolt de Megelingen*, *Tagreit de Chalcheim*, *Liuther de Richersheim*, *Chuonone Aduocato presente*, *& suspiciente*.

NUM. XL. circa An. 1136.

Item *VVernhardus de Sigfritwoure* tradidit partem possessionis sue in locis duobus *VValtingen* scilicet & *Pulspach* ad seruitium Domini Awensi Eccle. H. r. t. s. *VVernhart filius eius*, *& Dietnar de Sigfritwuore*, *Ortolf. de Osprechtesheim*, *Adalpreht de Taleheim*, *Adalpreht*, *Raspo*, *Chuonrat de Perge*, *Heinrich & Perhart de Immingen*, *Erich de Tagebrehtingen*, *Sigboto de Ouzingen*, *& alii quamplures ex familia eiusdem Ecclesie*.

NUM. XLI. circa An. 1130.

Ego *Herbordus* per graciam Dei Auensis Cenobii Gubernator licet indignus notum fieri cupio cunctis fidelibus, qualiter

cum

cum fratribus meis emi quoddam predium in loco qui detur *Regenpoldesheim* ſitum, a quodam nobili viro nomine *Hoholdo*, peticione autem mea idem Hoholdus cum conſenſu uxoris ſue liberorumque amborum delegauit predictam poſſeſſiunculam per manum cuiusdam Salzpurgenſis Miniſterialis noe *Heinrici de Ouzingen*, ſuper altare S. Felicit. Vineam quoque unam in loco qui dicitur *Chranperch* plantatam emi a quodam Merbotone, quam rogavi ſuper altare prefatum delegari legitima tradicione. Hec omnia teſtibus ſubſcriptis ſunt confirmata, quorum hæc ſunt nomina. *VVernhere de Geppenheim, Hertwiche de Cluuihte, Pertholt de VValde, Volcholt Ruotpreht de Aſcuowe, Udalrich de Friheim, Engildie de Perge, Merboto de Tampach, Adalpreht de Chranperch, Arnolt, Richere, Meriboto, Sahſo, Adalo, Gebehart, Sigifrit de Megelingen, Perthold de Hondorf, Liuther, Ruodolf de Richersheim.*

NUM. XLII. circa AN. 1130.

Sicut ſuperius ſcriptis deſignauimus in hoc libello, vir quidam Chriſtianiſſimus nomine *Herbortus de Uriheim*, voluntate & conſenſu uxoris ſue nomine Fridarum, Chriſtum bonorum omnium remuneratorem hereditatis ſue inſtituit heredem. Que autem predia vel mancipia Ouenſi Eccleſie tradiderint, vel qua racione, ſuperius continetur deſignatum ſubſcripta teſtium confirmacione, que ut magis magiſque rata poſſent permanere, predicta matrona defuncto marito priſtinam tradicionem iterato curauit renouare. Confitebatur enim Domino coram Clero & populo, hec omnia ſic eſſe facta, ſicut hic continentur, deſcripta. H. r. t. ſunt *VVernhere de Geppenheim, VVillehalm de Puoche, Hartwich de Cluuihle, Chuonrat de Chagene, Arnolt, Sahſo, Ruodeger, Chuonrat de Megelingen, Volcholt de Uriheim, Liuthere de Richersheim, Pertholt de Hondorf, Merboto de Tampach*

NUM.

NUM. XLIII. circa AN. 1135.

Filii qui nascentur, & exsurgent, hoc insigne opus maxime filiis suis narrent, quod quidam *Chuonrad de Volgangesperge* eligens sibi facere amicos de mammona iniquitatis, predium suum quod habere videbatur in locis duobus *Dachgruobe*, *& VVinzinstorf*, tradidit sup. alt. S. Felicit. ea videlicet racione, ut usus eiusdem predii stipendiis pauperum in domo hospitali manencium perpetuo deseruiret pro eterna remuneracione. H. r. t. sunt omnes qui superius.

NUM. XLIV. circa AN. 1135.

Nouerint uniuersi fideles Christi, qualiter *Chuno de Gantenheim* Vir nobilis delegauit possessionem suam, que dicitur *Gantenheim* super alt. S. Felicit. in loco qui dicitur Owe, delegauit, & testibus corroborauit, quorum hæc sunt vocabula: *Chuono aduocatus*, *VVernher de Aiche & filius eius Otto*, *Arnolt de Megelingen, & filius eius Arnolt; Volcholt de Friheim & filii eius*, *Ruodolf*, *Volcholte Richere*, *Saxo*, *Adeoule*, *Magnus*, *Ortwin*, *Rudiger de Meglingen*, *Purchart & filii eius*, *Purchart*, *Chuonrat*, *Ludwig de Stegheim*, *Eberhart de Echinchoue*, *Arnolt de Euchingen*, *Engelbreht de Richershein*, *Dietrich*, *Heinrich de Meglingen*, *Heinrich de Zugelesheim*.

NUM. XLV. circa AN. 1135.

Modernis ac posteris clarere volumus, qualiter quidam fidelium *Comitis Chunonis Volchunus* nomine viam uniuerse carnis ingrediens Adelhaidem, famulam suam cum Hainrico filio suo in manum Domini Wernheri de Rietpach S. Felicitati delegandam eo tenore quo debuit, fideliter commendauit. Tempore vero procedente cum prefatus legatarius legacionem sibi iniunctam exequi vellet, Dominus Chuno aduocatus noster vicem legatarii pro precibus illius agens predicta mancipia, quo firmior esset tradicio, manu propria tam pro remedio anime sue, quam etiam defuncti

pre-

prefati, Altari S. Felicitatis delegauit. H. r. t. ſunt Hainricus Iudex ſenior, *Adale*, *Arnolt*, *VVernherus de Rintpach*, *VVernherus Chuno de Snatſé*, &c.

NUM. XLVI. circa An. 1135.

Nouerint omnes Chriſti fideles, qualiter vir quidam nobilis *VVolfherus nomine de Tegernwanch*, delegauit mancipia ſua ſuper altare S. Felicitatis, in loco qui dicitur Owe pro 5. denariis annuatim ſoluendis. H. r. t. ſunt predictus *Wolfherus de Tegernwanch*, *Tim de Holzhuſen*, *Rapoto de Ramſue*, *Chuonrat*, *Pabo*, *Ernſt de Chirchdorf*, *Chuonrat de Giebingen*, *Chuonrat de Hohentanne*, *Uolcholt*, *Ruoprecht de Aſchoue*, *Uolcholt de Friheim*, *Udalricus & filius eius Chuonrat*, *Arnolt*, *Saxo*, *Ruodeger*, *Philippus*, *Engelbertus de Megelingen*, *Ortolf de Retenpach*, *Engeldie de Perge*, *Merboto de Tanpach*, *Liudegerus de Lohe*, *Pertholt de Hondorf*, *Gunthere de VVindenpach*, *Adalprecht de Chranperch*, *Dietrich de Paldlingen*, *VVillehalm*, *VVergan de Trutoldeſtorf*, *Eberwin de Tuifflat*, *Ruodolf de Guſene*, *Ruedolf de Machlant*, *Ernſt de Tegerwanch*, *Chuonrat de Trutmaneſtorf*, *Albun*, *Pertholt de Muchelhim*.

NUM. XLVII. circa An. 1135.

Item ſciant omnes filii Eccleſie, quod quidam homo nobilis nomine *Oudalſchalch de Igebach* tradidit predium quod dicitur *Winden* Owenſi Eccleſie. Cuius rei teſtes ſunt *Adalprecht de Geren*, *Wolfram de Dornperch*, *VVernhere de Geppenheim*, *Gotſchalh de Igebach*, *Hartwich de Lwithen*, *Altun de VVidenpach*, *Adalprecht Ruodeger*, *Gebehart de Stuteheim*, *Wernhart de Wilchirchen*, *Adalprecht de Tigenbach*, *Megenhart de Muldorf*, *Heinrich de Azingen*, *Dietmar de Regenolteſperg*, *Heimo de Gundingen*, *Eberhart de Heimoltingen*, *Alman de Warmtingen*, *Arnolt de Megelingen*, *Wolcholt de Friheim*.

NUM. XLVIII. circa An. 1135.

Aliud quoque predium tradidit idem Adalſchalcus de Igebach ad ſeruitium Owenſi Ecclſie, quod dicitur Chazzetale. H. r. t. ſunt *Ratpoto de Ramſue, & filii eius Heinricus & Ratpoto, Hartwich de Elevihit, Chuonrat de Chagene, Volcholt de Friheim, Arnolt de Megelingen.*

NUM. XLIX. circa An. 1135.

Quidam nobilis homo Chuouradus nomine tradidit Ouenſi Eccleſie predium ſuum in loco qui dicitur *Albensheim*, quedam quoque mancipia delegauit eidem Eccleſie pro 5. denariis annuatim reddendis. &c.

NUM. L. circa AN. 1135.

Eodem die quidam Hoholtus nomine tradidit ſuper idem altare predium ſuum quod habuit in loco qui dicitur *Rote*. H. r. t. ſunt *Lamprecht, Engelram de Egelsheim, Eberhart de Heimoltingen Reginger de Eichingen, Aſkwin de Pulſpach, Gebehart, Engildie de Perge, Merboto de Tampach, Adalprecht de Chranberc, Volcholt de Friheim, Laudiger de Lohe, Pertholt de Londorf, Luither de Richersheim, Friderich de Moſen, Heimo, Walther*, & ceteri quam plures audientes & uidentes.

NUM. LI. circa An. 1135.

Notum ſit omnibus ueritatis amatoribus, qualiter Dominus *Dietmarus de Weſterperch* tradidit propriam ancillam nomine VVœzele cum liberis ſuis, quorum iſta nomina: Chuonrat Pertha, Liwchart, Mathilt, Adelsheit ſuper alt. S. Felicit. Auenſis Eccleſie pro 5. denariis annuatim reddendis. H. r. t. ſunt *Volholt de Friheim, Chuono de Snetſe, Engelbrecht, & frater eius Adelprecht de Grountal, Ruodeger, & Fridrich de Megelingen.*

NUM. LII.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, quod quidam nomine Tagmo per manum *Ruothardi de Rietperc*, ad altare S. Fel. dele-

delegatus eſt eo ſcilicet tenore ut idem Tagmo deinceps unacum filiis & filiabus, ſi tamen ex ſe habuerit, annuatim 5. nummos ad prefatum altare perſoluant, quod ſi hoc triennio ſuperſederint & in quarto non adimpleuerint, dereliquo iure ſeruorum tractentur. H. r. t. ſunt *Chuonrat de Cella*, *Engildie de Perga Eppo de Ellmprechtingen*, *Adalprecht de eodem loco*, *Ruodolf de Richerisheim*, *Ruodolf de Aue*, *Emgilfrit de Huondorf*, *Dietmar de Wingartheim*, *Adelprecht de eodem loco.*

NUM. LIII. AN. 1103.

Nouerit tam futura quam preſens etas, qualiter *Comes Manigôlt* tradidit propriam ancillam ſuam nomine Petriſſam in manus *nobilis viri Fritilonis* ea conditione, ut eam delegaret quocumque ipſa poſtularet, ſed pro ea conditione ſua delegavit eam ſuper altare S. Petri, ſanctique Ruodberti, ut haberet ius & legem miniſterialis dignitatis, hoc factum eſt conſenſu AEpiſc. Chuonradi & Miniſterialium. Teſtes huius rei ſunt Uodalrich, Heinrich, Keimprcht. Data ſub. Imperatore Heinrico, Chuonrado AEpiſc., *Advocato Chuonone* anno ab Incarnat. Domini MCIII. Indict. VII. Idus Aprilis.

NUM. LIV. circa AN. 1135.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam Salzpurgenſis Miniſterialis vir nomine *Eppo de Ellenprehtingin* tradidit propriam ancillam ſuam nomine Adala cum ſuis liberis habitis & habendis, cum manu & conſenſu filii *ſui Marchwardi* ſup. alt. S. Felicit. ad Ouwe pro 5. denariis annuatim ſolvendis. Et ſi hoc in tribus annis neglexerit, & in quarto non emendaverit, eiusdem loci ſit operaria. H. r. t. ſunt idem filius *ſuus Marchwardus*, *Wernhere de Geppenheim*, *Timo de Rieden*, *Ruodeger de Steinenchirchen*, *Wernhere*, *Ruothart*, *Wernhere*, *Piligrin*, *Gelbin*, *Reinpot.*

NUM. LV. circa An. 1135.

Hoc quoque notum ſit omnibus, quod idem predictus Miniſterialis nomine Eppo pro remedio anime ſue cum moreretur, tradidit ſup. alt. S. Felic. ad Ouwe predium quod habebat ſitum in loco qui dictum *Muchin* cum manu & conſenſu filii ſui Marchwardi. H. r. t. ſunt idem filius ſuus *Marchwardus*, &c.

NUM. LVI. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus, quod quidam Salzpurgenſis miniſter nomine *Marchwardus de Friheim* tradidit ſuper alt. S. Felicit. ad Ouwe dimidiam partem predii, quod habebat in loco qui dicitur *Otolfsheim* cum manu & conſenſu filiorum ſuorum. Poſtea vero idem filii *Prun*, *& Heribort* pro remedio anime fratris ſui *Gotfridi*, aliorumque parentum ſuorum tradiderunt ad prefatum altare alteram partem ſupradicti predii *Advocato Chuonone & Herbordo* Prepoſito ſuſcipientibus. H. r. t. ſunt *Wernhere de Geppinheim*, *Timo de Rieden*, *Dietmar de Wilchirchin*, *Adalpreht de Tiginpach*, *Ebbo de Lamingen*, *Eppo de Humheim*, *Eingildie de Perge*, *Wernhere de Papensheim*, *Wernhere de Griechelheim*, *Liudiger de Lohe*, *Pertholt de Huondorf*, *Arnolt*, *Richere*, *Hermann Miniſtri Domini Chuononis.*

NUM. LVII. circa An. 1135.

Item notum ſit omnibus fidelibus, quod Dominus *Chuono de Megelingen* tradidit ſup. alt. S. Felicit. ad Ouwe curtim unam in loco qui dictum *Snetſe* cum mancipiis & pecudibus, ceterisque omnibus ibidem manentibus pro remedio anime fratris ſui defuncti nomine Megenbarth, ceterorumque parentum ſuorum defunctorum. H. r. t. ſunt *Ratpoto de Ramſowe*, *Chuonrat de Chirchdorf*, *Hermann de Rintpach*, *Willihalm de Puoch*, *Hermann de Waldo*, *Wecil de Amphingen*, *Eingildie de Perge*, *Adalpreht de Megelingen*, *Ruothart de Rietpach*, & alii quamplures videntes hoc & audientes.

Num.

NUM. LVIII. circa An. 1135.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter quidam homo nomine *Hartwicus de Hergelsheim* delegavit quendam proprium ſervum ſuum nomine Hartwicum in manus eiusdam liberi Viri *nomine Engilmari de Zamisheim* ſue fidei commendans eum, ita ut eum liberum faceret libertate quam ipſe poſtularet. Peticionem eiusdem ſervi delegavit eum ſuper Alt. S. Felicit. ad Auwe pro 5. denariis annuatim ſolvendis. Quod ſi tres annos non ſolveret & in quarto non emendaret, proprius eſſet eiusdem altaris ſervus. H. r. t. ſunt *Timo*, *Fritilo*, *Ruothart*, *Wolcholt*, *Herbort*, *Liutwin*, *Adalpret & Hertwich de Heigesheim*, ceterisque multis ſeipſum videntibus & audientibus, *Chuone advocato*, *& Herbordo Prepoſito* ſuſcipientibus & confirmantibus.

NUM. LIX. An. 1124.

Cognoſcat omnium Chriſti fidelium tam preſentium quam futurorum etas, quod quidam nobilis Vir nomine *Gerhoch* tradidit propria mancipia ſua his nominibus. Lantpreth, Glina, Dietmar, Heinrich, Liubo, Chriſtina, Iuota, Sigboto, Lantprecht, Gerlint, ad alt. S. Fel. in loco qui dicitur Ouwa pro remedio anime ſue, nec non & parentum ſuorum in preſentia Advocati Chuononis, ac eadem legaliter ſuſcipientis ea videlicet conditione, quatenus 5. denarios ad idem altare in uſum Fratrum inibi militantium cedentes annuatim perſolvant. Quod ſi forte tres annos non reddiderint, prebendarii eorundem fratrum deinceps abſque omni contradictione permaneant. Huius rei teſtes ſunt Fritilo, Eppo, Eingildie, Wernhere, Aribo, Pertolt, & alii complures hec videntes & audientes. Hec facta ſunt A. Incarnationis dominice MCCXXIV. Caliſti Pont. Pape tempore, Heinrici Regis, & Heinrici Ducis Chuonradi Archiepiſcodi & Friderici Prepoſiti.

NUM. LX. circa AN. 1135.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis Vir nomine *Fritilo* converſus, & filius ſuus *Herbordus Ouwenſis Prepoſitus* tradiderunt ſuper altare S. Felicit. in loco qui dicitur Ouwe quoddam predium *Lintinheim* ſitum pro remedio ſuorum, ſuarumque animarum, inſuper & ea conditione, ut quidam puerulus eorum conſanguineus nomine Fritilo hoc in loco in communis vite regula nutriretur.

NUM. LXI. circa An. 1135.

Audiant omnes Chriſti fideles, quod *Chuonradus de Cella* tradidit predium, quod dicitur *Mezzingen*, propter obitum Matris ſue ſuper alt. S. Felicit. Ouve, ea conditione interpoſita, ut quantum ratio & facultas eiusdem predii adiudicaverit, a fratribus eiusdem altaris annuatim recipiat. Huius rei teſtes ſunt *Chuono Advocatus de Megelingen*, *Wernherus de Geppenheim*, *Waldman de Paſtperge*, *Pernhart de Hæſſenheim*, *Purchart Chuonrat*, *Wolfram*, *Peretolt*, *Adalberto Adelle*, *& alter Adele Richere*, *Wineger de Megelingen*, *Adelbero de ſteinenchirchen*, *Chuonrat de Hochentannen*, *Heinrich de Zugelsheim*. *&c.*

NUM. LXII. circa An. 1165.

Pateat cunctis Chriſti fidelibus, qualiter *Wernhardus de Perge* & frater eius *Heinricus* impignorauerunt mihi Ruodigero predium quoddam ſuum *Perge* pro quinque talentis & medio, ut uſucapiouem inde habeam, quamdiu predicta pecunia non ſit perſoluta. Huius predii autem delegacio data eſt in manu Domini *Herberti de Wilchirchen* tali quidem condicione, ut cum huiuſmodi ſumma cenſus perſoluta fuerit Owenſibus fratribus, quibus Dominus Rudigerus pro remedio anime ſue illam dedit, predium dicioni priorum Dominorum libere ſubiaceat. Et ſi Dominus Rudigerus ante pecuniam non datam de hac vita diſcedat, Fratres Owen-

Owenſes interea uſucapionem habeant, donec cenſum prefatum recipiant, datis autem denariis his talentum ſolum ad domum pauperum ſubſidio tribuatur. Huius rei teſtes ſunt Heinricus ſenex Iudex & Iunior *Heinricus de Gundingen*, *Albertus de Wilchirchen*, *Chuonradus de Friheum & & fratres eius*, *Volcholdus*, *Rudolfus*, *& Rudigerus. Everhardus de Echenchoven*, *Raſolt de Hohentannen*, *Wernherus de Rietpach*, *Hermannus de Arnuowe*, *Chunradus de Wiare*, *Heinricus de Zugelesheim*, *Albertus Gruonouge & filius eius Rudigerus. Chuonradus de Ekkehartingen*, *Wernhart & frater eius de Perge*, *&c.*

NUM. LXIII. circa AN. 1150.

Similiter quidam Salzpurgenſis Eccleſie Miniſterialis nomine Pabo tradidit predium, quod dicitur *Durinperch* Ouenſi Eccleſie poſt terminum vite ſue. cuius rei teſtes ſunt *Arnoldus*, *Richere*, *Sahſo*, *Adele*, *Chuonrat*, *Peretolt de Megelingen*, *Otto de Rote*, *Wolcholt de Friheim*, *Friderich de Moſe*, *Meinwart de Eicheim*, *&c.*

NUM. LXIV. circa AN. 1135

Sciat omnis qui nominat nomen Domini, quod quedam mulier religioſo habitu nomine Irmgart de Liubenprucke, predium quod dicitur *Cholbingen* per manum traditoris ſui delegauit Ouenſi Eccleſie, H. r. t. ſunt *Volcholt & filius eius Ruodolf de Friheim*, *Purchart*, *Adele*, *Sahſo*, *Heinrich de Megelingen*, *Altman de Warmtingen*, *Chuono de Gantenheim*, *Witegoe de Preitenowe*, *Wolfram*, *Aſiwin de Megelingen*, *Merboto de Harde.*

NUM. LXV. circa AN. 1135.

Quidam nobilis homo Guompolt nomine tradidit Ouenſi Eccleſie predium ſuum quod dicitur *Pirchenwanc*. H. r. t. ſunt *Chuono de gantenheim*, *Hartewic de Elewithere*, *Wolfram de Owe.*

Num.

NUM. LXVI. circa AN. 1135.

Pateat omnibus, quod quidam vir illustris *Hartwicus nomine de Elewitheren* predia, que videbatur habere in locis que appellantur *Arnowe*, *Wehental*, *Eschelpach* cum pascuis, cum siluis, cum molendinis, per manum traditoris sui *Chuononis scilicet Comitis de Megelingen* delegauit Ouensi Monasterio, quod he testantur persone, *Wernherus de Geppenheim*, *Merboto & frater ipsius Wernherus de Harde*, *Liutolt de Adelhartesheim*, *Adele de Tampach*, *Purchart dn Wiare*, *Engeldie de Perge*, *Chuonrat de Giebingen*, *Chuonrat de Hohentanne*, *Dietrich de Eitencheim*, *Ruodeger & frater eius Adelbero de Steinchirchen*, *Ruodeger & frater illius Altman de Warmtingen*, *Wernhere de Reitpach.*

NUM. LXVII. circa An. 1135.

Sciant omnes filii Ecclesie, quod quidam homo nobilis nomine *Gotscalch de Igebach* tradidit predium, quod dicitur *Ober Widerspach* post obitum suum Ouuensi Ecclesie, cuius rei testes sunt *Engelschalch & frater eius Herewich de Inningen*, *Udelrich de Marcholtingen*, *Chuonrat de Churten*, *Arnolt*, *Richere*, *Purchart*, *Adalo*, *Volcholt & filii eius Chuonrat de Megelingen*, *Chuonrat & filius eius Raffolt de Hohintanne*, *Adalbero*, *Ruodiger*, *Walchun de Steininkirchen*, *Altman de Warmuntingen*, *Eberhart de Heimoltingen*, *Hartwic de Richpretisheim*, *Ludawic de Stegaheim.*

NUM. LXVIII. circa An. 1135.

Omnes fideles Christi agnoscant, qualiter quidam *Hartwicus nomine de Rorpach* tradidit possessiunculam suam, que appellatur Lancwath, cum consensu uxoris sue & filiorum suorum Ottensi Ecclesie. H. r. t. sunt *Chuono de Ganteheim & filius eius Chuono*, *Wolfcher de Rote*, *Merboto de Tampach*, *Marchtfrit & filius eius Chuonrat de Megelingen*, *Rendine*, *Adalberto de Megelingen*, *& alii quam plures per aures adtracti.*

NUM.

NUM. LXIX. circa An. 1139.

Item quidam miles *Fridericus* nomine de *Sullingen* mancipia ſua, quorum iſta ſunt nomina Reinpurch, Liucarti, Heinrich, Aua, Gotelint, Chuonrat, Adellbero tradidit in manus *Paponis de Chirchtorf* ea videlicet condicione, ut quocunque illa peterent, illuc ea delegaret: peticione illorum tradidit ea ſuper altare S. Felicit. Ouwens. H. r. t. ſunt *Papo de Chirchtorf*, *& miles eius Perctolt*, *&c.* item Mathildem & liberos eius Rudolfum & Pertham.

NUM. LXX. circa An. 1140.

Similiter quidam homo *Dietmarus nomine de Weſterberc*, delegauit mancipia ſua Auenſi Eccleſie ad reddendum per ſingulos annos ſ. denariorum cenſum, Hoc autem factum eſt coram *Marchione Engelberto de Chreiburc*, & Chuonone Aduocato, & coram militibus eorum, qui cuncti teſtes fuerunt.

NUM. LXXI. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus, qualiter controuerſia, que fuit inter Ouenſes Canonicos, & Plebanum de Gruntale, terminata ſit: que tamen unde orta ſit, interſerere placuit. Eccleſiam, que *Weſterenpirchenwanc* dicitur, cum dote & omnibus ville illius decimis Canonici rogatu fundatoris ab Archi Epiſcopo acceperant, quam predictus Plebanus cum tertia parte decimarum a Canonicis, ut Plebi Diuina ſubminiſtraret, accepit. Poſt multum vero temporis Plebanus priorum oblitus factorum tertiam partem decimarum matrici ſue Eccleſie adſcribere voluit, quartam vero decimarum partem alterius loci, qui *Oſterenpirchenwanc* dicitur, a predictis acceptam Canonicis ſimiliter obtinere volebat; cuius videlicet loci quartam decimarum partem Canonici coram nuntio Archi Epiſcopi Udalrico Chiemenſi Prepoſito, quem ipſe ad terminandam hanc cauſam miſit, obtinuerunt, tertiam vero partem in

Westerenpirchenwauc idcirco Plebanum habere consenserunt, quatenus eidem Ecclesie diuina prouideret. H. r. t. sunt *Chono Aduocatus de Megelingen, Arnolt, Richere, Volcholt, Adele; Saxo, Wolfram de Megelingen, Dietmar de Pollingen, Hetzel & filius eius Chuonrat Siboto, Ruodeger de Gruntal, Engelpreht Chuonrat de Gruntal, Hartwich, Ruotpret, Egelolf de Zachenheim.*

NUM. LXXII. circa An. 1135.

Item notum sit omnibus quod Dominus *Dietmarus de Wolgansperge* moriens tradidit ad predictum altare S. Felicit. in Awe quoddam predium in loco qui dicitur *Hephelingen* situm, testes sunt *Engelram & Lampreht de Eigelsheim, Eberhart de Appintorf, Tiemo de Rieden, Dietmar. Gebhart, Reinger de Erchingen, Rudolfus de Richersheim, Volcholt de Friheim, Chuonone Aduocato suscipiente.*

NUM. LXXIII. circa An. 1135.

Preterea quoque Auensis Ecclesia Diuina prouidencia clementer sustentata, & fidelium largitate habundanter ditata, quedam mancipia iure retinebat his vocabulis designata, Chuonrat, Pertha, Liucart, Mathilt, Adelheit, Engela, Dietrich, Gotelint, Bertha, Engela, Malhiet, Adelpreht, Heinrich, Adelpreht, Meinhatt, que Dietmarus de Westerberch, & pater eius iniqua oppressione sibimet mancipauerant, diuino tandem timore & amore utrique commoniti, insuper tribus Argenti talentis & dimidio devicti, que a fratribus eiusdem Ecclesie inique extorserant, ipsa mancipia eidem Ecclesie que abstulerunt, restituerunt, ut essent sicut antiquitus fuerant, quinque nummorum annuatim debitores. H. r. t. sunt *Marchio Engelbertus de Chreiburch, Chuono Advocatus de Megelingen, Walchuon de Steine, Walthere, Pruno de Chreiburch, Ruodpret & filius eius, Otto de Chreidorf, Heinrich de Cholbarn, Chuono de Sneitse, Friderich de Eschenowe, Siboto de Mermosen, Werinhere de Geppinheim.*

Num.

NUM. LXXIV. circa An. 1135.

Simili modo Iuvenis quidam Wolframus nomine unus ex Familia Ouenſis Eccleſie predium, quod iuxta æſtimationem agri dato pecunie pretio emerat, donauit Eccleſie S. Felicit. ad quam ipſe pertinebat, poſt terminum vite ſue. H. r. t. ſunt *Chuono advocatus de Megelingen*, *Arnolt*, *&c.*

NUM. LXXV. circa An. 1156.

Notum ſit omnibus veritatis amatoribus, quod venerabilis Archi Epiſcopus Chuonradus tradidit in locum qui dicitur Owe, in omnibus prediis ſuis in *Maltice*, Eccleſiam in *Gruomental*, duas partes decimarum exceptis prediis quibusdam, ſcilicet Pirchenwanch, Reingrub, Ekke im Reyt, Chaltenpach, quam ipſe prebuit indiuiſe. Plebano de Gruental vero pro tertio manipulo in prediis iam dictis ſibi ablatis prouidit in decimis aliis melioribas, atque ſatisfecit, Anno ab Incarnatione Domini *M. C. L. &c.* preſidente Romane Eccleſie Adriano PP. IV. imperante Rege Friderico primo, H. r. t. ſunt *Marchio de Chraiburch*, *Chuono Advocatus*.

NUM. LXXVI. An. 1158.

Nouerint & hoc Uniuerſi, quod *Maganns de Celle* Owenſi Eccleſie donauit predium, quod videbatur habere in loco qui dicitur *Preitenowe* poſt exceſſum vite ſue, H. r. t. ſunt *Dietmarus de Weſterburc*, *Friderich de Straze*, *Volcholt*, *Arnolt*, *Adele de Megelingen*, *Chuonrat de Chagana*, *Ortuvin*, *Humpreth de Shergenheim*, *Pabo de Wenheim*, *Heinricus de Celle*.

NUM. LXXVII. An. 1158.

Generationi omni que ventura eſt adnuntiamus & preſenti pagina confirmamus, quod Owenſis Cenobii Prepoſitus cum coniuentia fratrum ſuorum, dum quendam riuum aque pro loci ſui indigentia ad Monaſterium deriuare conaretur, ſed civium ſuorum

agros ledere non preſumeret, inito conſilio rogabat duos germanos fratres *Heimonem* ſcilicet, & *Engeldihen de Perge*, quatenus alveum predicti fluminis ſatis laxum, idoneeque ſpatioſum per agrorum ſuorum campeſtria benigne fieri concederent, & de ipſo fundo & aque ripa teſtamentum facerent. Quod ſe illico facere pollicebantur, ſi ab ipſo Prepoſito ea que poſcerent, pro damni ſui reſtitutione prius acciperent. Poſcebant quoque predium quoddam quod dicitur *Ufine Ruite* & decimas rerum de quinque domibus his vocabulis diſtinctis, Perge, Geren, Gaizperch, Liburch, Fridenberch. Poſcebant inſuper duos aggellulos qui vulgo Geren vocantur, quos idcirco poſcere videbantur, quod inter agros ſuos ſiti eſſent. Que cuncta ante dictus Prepoſitus eo tenore illis conceſſit, ut poſt utriuſque vite exceſſum in poteſtatem Monaſterii uniuerſa redigantur, exceptis agellulis, de quibus predictum eſt. Quos omnis poſteritatis ſecutura proles pro aque ductu in teſtimonium retineat. Huic rei in teſtimonium deducuntur *Wernher de Geppenheim*, *Wergant de Winheringen*, *Ruodeger de Leren*, *Hagen de Egeren*, *Adalpreth de Gruntal*, *Arnolt*: *Adle*, *Sahſe*, *Philippus de Megelingen*, *Heimo & frater eius Engeldich de Perge*, *Hainrich*, *Chuonrat de Richersheim*, *Heinrich de Zugelsheim*. Hec traditio facta eſt anno ab Incarn. Domini. M. C. L. VIII. Preſidente Romane Eccleſie Adriano PP. IV. imperante Rege Friderico primo, chunone Aduocato.

NUM. LXXVIII. circa AN. 1150.

Sciat omnis futura etas, quod quidam Clericus nomine Engelpret preſente & annuente Fratre eius nomine Irmſtein, delegauit predium quod dicitur *Paffingen* ſuper altare S. Felicit. Ouve. H. r. t. ſunt *Reinolt de Selehuofen* Dietmar *de Sifridwore*, *&c.*

NUM. LXXIX. circa An. 1150.

Sciendum eſt, & diligenti memorie commendandum, quod duo Germani finito termino vite illorum, quorum nomina Huompreht,

preht, & Heinrich tradiderunt predium quod dicitur *Schergingen* ſuper altare S. Felicitatis & huius rei teſtes ſunt hii: *Arnoldus, Sahso, Heinrich de Rintpach, Ruedeger, Pertholt, Chuonrat, Purchart, Otto, Ruedolf, Heinrich de Zugelsheim, Adalber, Aſhwin, Mahtfrit de Megelingen, Dietrich, Heinrich, Heimo, Chuonrat, Wolfram, Ortolf, Hartwich de Nivenburch, Chuonrat de Frieheim.*

NUM. LXXX.

Noverint Chriſti fideles tam viventes quam futuri, quod frater quidam Egelolf huius loci ſervum ſuum nomine Willehalm pro remedio anime ſue tradidit ſuper alt. S. Fel., & h. r. t. ſunt hii, qui tunc affuerunt fratres, ceteri incole, quorum nomina non ſunt ſcribenda, facta certitudine ipſius traditionis absque omni contradictione.

NUM. LXXXI. circa AN. 1150.

Cunctis Chriſti fidelibus intimamus, quod quidam Salzpurgenſis Miniſterialis nomine *Wezle* & uxor illius nomine *Giſiln de Reinhartesheim*, cum eſſent provecte etatis, nec haberent liberos, Eccleſiam Dei heredem inſtituerunt. Unde factum eſt, ut predium quod dicitur *Reinhartesheim* ſuper alt. S. Felicit. Oue delegarent, & traditum teſtibus corroborarent. Teſtes vero his nominibus cenſentur, *Adolo, Saxo, Richero, Maganus de Megelingen, Purchart & Chuonrat de Wiere, Heinrich de Walde, Friderich de Holenpurch, Lekahart de Stocharen, Ruodeger de Steinenchirchen, Ruodolf de Friheim, Heinrich de Pollingen, Eberhart de Eckenhoven, &c.*

NUM. LXXXII. circa AN. 1150.

Noverint Chriſti fideles tam futuri quam preſentes, quod *Volcholdus de Aſchowe* tradidit predium quod dicitur *Spachrucke* poſt obitum ſuum ſuper alt. S. Fel. Owe. H. r. t. ſunt *idem Volcholdus & filius eius Volcholdus, Ruodpreht, Herbort, Adelpreht, Udalrich de Aſcowe, Ruodpreht de Chreidorf, Oudalrich, Heinrich de Friheim,*

Hartwich de Raechenperch, Otacher de Chemenaten, Pertolt, Gerloch de Percheim.

NUM. LXXXIII. circa AN. 1150.

Notum sit Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quedam *mulier Gertrudis nomine de Richershaim* & filii eius rogatu Domini *Adelberti de Lochirchin* ancillam suam Tuotam nomine ad altare S. Felicit. Owe delegaverint, & omnem eius posteritatem, ut eidem videlicet Ecclesie annuatim quinque nummos persolvant, quod si quarto anno neglexerint, & quinto non emendaverint, cottidiano servitio subiaceant. Hoc attestantur Heinricus Iudex de Meglingin, *Pernhardus de Richershaim, Chuonradus & Engilhertus de Hohinberch, Heimo, Chuonrath, Chuono, Dietrich, Ruodiger Zæltare, &c.*

NUM. LXXXIV. circa AN. 1150.

Populus qui nascetur, quem fecit Dominus agnoscat, quod duo germani fratres *Ruodolfus & Werenherus nomine de Tutilmos*, quoddam novale quod dicitur *Rute* a quodam ministeriali viro *Sigahardo de Capella* emerunt, & super altare S. Felicit. per manum traditoris sui *Egelolfi de Zachenheim* delegando tradiderunt, & testibus his confirmaverunt. *Chuonone Advocato de Megelingen, Chuonrado de Hohentanne, Werenhero de Geppenheim, Arnoldo, & Adolone de Megelingen, Werenhardo de Siuridewore, Heinrico de Rimpach, Ottone de Chreidorf, Dietmaro de Westerenberch, Perenhardo de Siltaren, Arnoldo, & Wirintone fratre eius de Tutilmos, Ottone de Geppenheim.*

NUM. LXXXV. circa AN. 1140.

Nec non illud tam futuro quam presenti notificamus seculo, quod domina *Hiltigardis advocatissa de Megelingen* Riwinum & uxorem suam Mahthildem cum liberis eorum habitis & habendis super altare S. Felicit. in loco qui dicitur Ouwe, ad 5. denarios annuatim solvendos tradidit. Sed ea tamen ratione si triennio dare negligerent, & in quarto non redimerent, servili operi se addictos

ctos cognoscerent. Cuius r. t. sunt Hoholdus Prepositus de Isene, *Werenherus de Geppenheim*, *Volcholdus de Friheim*, *Arnoldus*, *Adelo*, *Chuonradus*, *Timo de Megelingen.*

NUM. LXXXVI. circa AN. 1150.

Notum sit omnibus veritatis amatoribus, quod quidam sacerdos nomine Aribo de Metemheim voluntate & petitione filiorum suorum Hartmanni & arbonis post terminum vite illorum quedam predia his distincta vocabulis: *Asenheim*, *Geneingem*, *Heigerloch*, *Hasclach*, per manum traditoris Hartmanni sui super alt. S. Felic. Ouve delegavit, & sequentibus testibus corroboravit: *Arnolt de Regmaringen*, *Hartmann predictus traditor*, *Gotefrit de Chirchtorf*, *Arebo de Cholbingen*, *Eckehart de Pollingen*, *Heinrich de Megelingen*, &c.

NUM. LXXXVII. circa An. 1150.

Item universis ecclesie filiis notificamus, quod quidam venerabilis Presbiter Henno nomine Salzpurgensis ecclesie Minister tradidit predium suum *Isen* super alt. S. Felicit. post terminum vite sue, presente Chuonone Advocato & suscipiente. H. r. t. sunt *Chuonradus de Hohentanne*, *Richerus*, *Adele*, *Sahso*, *Heinricus de Megelingen*, *Chuonradus de Friheim*, *Egelolfus de Munchirchen*, Ruodeger de Garze, *Udalricus de Euchingen.*

NUM. LXXXVIII. circa AN. 1150.

Scribantur & hec in generatione altera, quendam liberum hominem *Arnoldum* nomine de *Tutilmos*, mortis articulo instante, predium suum in loco, qui dicitur *Rute* situm per manum traditoris sui Egelolfi de Zachenheim super altare S. Felicit. delegasse. C. r. t. sunt germani fratres sui *Wirintho*, & *Werenherus de Tutilmos*, ceterique, quorum nomina sunt hec: *Arnoldus de Megelingen*, *Diethmarus de Westerenberch*, *Fridericus de Gundelprehtingen*, *Chuonradus de Chreiburch*, ceterique de familia, predicti altaris, qui iure attestantur, utpote cui fidem debent, &c.

NUM.

NUM. LXXXIX. circa AN. 1150.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod *Gotefridus de Flozzingen* una cum ſorore *Mahthilda* tradiderunt predium, quod in loco, qui dicitur *Solaren*, habere viſi ſunt, ſuper alt. S. Felic. hac conditione videlicet, ut ipſi fratres ipſum predium excolant, & eidem Gotfrido annuos inde fructus reddant, vel alterius predii tanti conſtantis, dum ipſe vixerit, & pro tribus talentis, que continuo data ſunt. Hoc atteſtantur *Chuono advocatus de Megelingen*, *Heinricus Dapifer*, *Sahſo*, *Adalo*, *Rapoto de eodem caſtro*, *Gotfridus de Flozzingen*, *Engilbertus de Euchingen*, &c.

NUM. XC. circa An. 1160.

Quod audivimus, & vidimus, & tractavimus, futuris ſeculis annuntiamus, & preſenti pagina deſignamus, Presbiter quidam Rudolfus nomine predium ſuum *Phaphenchirchen*, quod iure heredtario poſſederat, absque omni controverſia, nobis dederat, & aliud predium dictum *Hoven* a nobis mutuo receperat. poſt X. vero annos & ſupra filii ſororis ſue *Chuonradus de Gruompach*, & fratres ſui *Chuono*, *Riwinus*, *Henricus*, *Saxo Presbiter*, & fratres ſui *Fridericus & Heinricus* obiurgati ſunt contra eum dicentes, predio matris eorum nec poſſe nec debere nec velle exhereditari, eoquod ſoror ſua eſſet. Efferbuit autem contentio talis adeo usque dum guerram pro cambitione facerent. At ille prefatus Presbiter, ne cambitio infirmaretur, diſtributis omnibusque habebat, nepotes ſuos compeſcuit, usque dum predium abnegabant, ſuper quod verbum habebant. Facta eſt autem abnegatio a preſcriptis nepotibus ſuis, & a matre eorum Criſpina, & ſorore eorum Mahthilde in manu comitis & advocati *Chuononis preſente Prepoſito Lothario*. H. r. t. ſunt Comes prefatus, *Arnoldus*, *Heinricus de Rimpach*, *Adelo Heinricus de Ramſoe*, *Chuono de Sneitſe*, *Chuonradus de Ekkehartingen*, *Hordewinus de Monnoltheim*, *Heitſolh de Herisheim*.

Num.

NUM. XCI. circa AN. 1160.

Item tam posteris quam presentibus certum facimus, qualiter *Ruodpertus de Hauenhaen* ex familia Ecclesie Owensis predium quod emptum habere visus est in loco qui dicitur *Stenpuoheln* ad altare S. Felicit. Ovve tradidit, testibus subscriptis attestantibus *Heinrico* videlicet *de Rintpach*, *Adalberto de Wilechirchen*, *Ruodegero de Stadelarnne*, *Friderico de Metemheim*, *Dietmaro de Lanzingen*, *& Wolftrigel*, *Ottone de Rietpach*, *Heinrico de Gundegingen*; *Dietmaro de Walde*, *Arnoldo de Murchingen*, & de familia ipsius Ecclesie Ruodegero, & Friderico & aliis. Item prefatus Ruodbertus delegatum sibi mancipium nomine Gnale a quadam matrona Diecele nomine tradidit ad predictum altare eodem momento, testibus subscriptis attestantibus.

NUM. XCII. circa AN. 1160.

Tam futuri quam presentes Christi fideles universaliter sciant qualiter quedam matrona *Engela* nomine de *Scuonperch*, una de ministerialibus Salzpurgensis Ecclesie mancipium quoddam Heinrich nomine tradidit, in manus *Adelberti de Wilchirchen*. Quod ille suscipiens delegavit ad altare S. Felicit. Ovve pro 5. denariis annuatim solvendis, ea conditione, ut si tribus neglexerit, & non correxerit quarto anno, omnimode subiaceat potestati. H. r. t. sunt ipse *delegator Adelbertus*, *Purchardus de Wiare*, *Maganus de Chufelchoven*.

NUM. XCIII. circa AN. 1160.

Quidam *Gateschalcus de Ongerskirchen* ex familia Ecclesie Frisingensis predium, quod habere visus est in loco qui dicitur *Winratingen* fratribus Ovvensibus, vendensque pro VI. talentis LX. minus, tradidit in manus Dietmari de Mimmelnheim, quod ille delegavit ad altare S. Felicitatis Ovve cedendum in usum Hospitalis. H. r. t. sunt *Willehalmus & Dietmarus de Rint-*

pach, Adalbertus de Wilchirchen, Otto de Steinhart, Heinrich Iudex de Rintpach, Dietmar de Eichingen, & Caſtellan de Megelingen, Arnolth, Adelo, Saxho, Chuonrat, Volholt, Ruodolf de Friheim, &c.

NUM. XCIV. circa An. 1170.

Qualiter Lotharius Prepoſitus Ovvenſis unacum advocato ſuo *Chuonone de Megelingen*, annuentibus & fratribus eiusdem congregationis predium, quod habere viſi ſunt in *Wineinſtorf* iuxta Franthenhuſen, tradidit in manus cuiusdam miniſterialis Salzburgenſis, Uodelrici videlicet de Guoncenchoven, notitie hominum patefieri volumus, cuidam *Heinrico* comminiſteriali Comitis *Heinrici de Frontenhuſen* conſervandum, quamdiu preſentem actitaret vitam datis predictis Fratribus talentis quatuor ab eodem Heinrico ea conditone, ut expletis vite ſue curſibus prefatum in priores uſus cedat predium Ovvenſibus fratribus ad Holpitale, nullo herede ipſius contradicente, & contradicere valente. Hanc ergo factam traditionem confirmamus ſubſcriptis teſtibus, *Wolframo de Dornperch, Ottone de Chraidorf, Dietmaro de Weſterperch, Goteſcalco de Ibach, Udalrico de Guncenchoven, Liuthwino de Acingen, Adalberto & Uodalrico de Wilchirchen, Friderico de Mettenheim, Chuonrado de Friheim, Purchardo de Wiare, Geroldo de Chuonratingen, & aliis.*

NUM. XCV. circa An. 1170.

Item poſterorum notitie rata ea preſencium firmum tradimus, quod quidam miniſterialis Ratiſponenſis *Sigehardus de Chirchdorf* predium *Chirchdorf*, quod iure hereditario fratre ſuo *Ruodberto* defuncto uſurpaverat, in manus *Vitolonis de Route* eiusdem miniſterii conſortis tradidit preſente Luothario, & fratribus eius poſt obitum ſuum delegandum ad altare S. Felicit. Owe pro remedio anime ſue, & omnium parentum ſuorum. H. r. t. ſunt ipſe delegator. *Aſcwinus & Chuonradus, & Heinricus de Hohenhuſen, Sigehardus de Voſche. &c.*

Num.

NUM. XCVI. circa 1170.

Peritie tam futurorum quam presentium certum significamus, qualiter Lotharius Owensis Prepositus una cum fratribus suis dacis VIII. talentis predium apud *Chagen* situm emit a quodam Arbone Ministeriali Aistensis Ecclesie, & in presencia Domini *Palatini Comitis* maioris videlicet *Ottonis apud Inncchoven* obtinuit, quatenus patrocinii ipsius in manus cuiusdam *Einwici de Tuoberfelt* prefate Aistensis Ecclesie ministerialis delegaretur Owensi Ecclesie conservandum, ratum, atque inuiolabile. Test. ergo subscriptis que diximus confirmamus, scilicet Comite *Heinrico de Scowenpurch, Heinrico de Stapphen, Ratolt de Rempstetten, Ortolf de Tegrewanch, Adelhart de Prisigen, Adelrich de Holzhusen, Dietrich de Heitencheim, Ottone, Choffone, Chuonrat, & Walchon de Mousiburch, Chuonrat de Tegerbach.*

NUM. XCVII. An. 1222.

Notum sit omnibus veritatis amatoribus, quod Dominus Chuno Comes Megelingen Aduocatus commilitonibus eorum astantibus, & similiter cum ipsis confirmatibus delegauerunt ad altare in Awe quatuor . . . Urbar & duo in Enchsberg cum omnibus redditibus una cum Archa usque in Hilkarvlar pro remedio animarum suarum & parentum suorum, acta sunt hec Anno Domini M. CC. XXII.

NUM. XCVIII. circa An. 12 . .

Nec hoc a memoria hominum recedat, quod duo Germani fratres *Oudalricus & Richerus de Zachenheim* tradiderunt duos seruos suos Meinhardum scilicet & Siuridum iure censuali, quinque videlicet denarios, ut annuatim huic Ecclesie persoluant, quod factum hi testes corroborauerunt: Adelwart, Hartunth &c.

NUM. XCIX. circa An. 1170.

Quia veritate teste loquimur, totius etatis tam presentie quam posteritati notificamus, qualiter Abbatissa Kymensis *Walt-*

purgis cum omni congregatione sua tempore famis & sterilitatis per uniuersam terram diffuse, predium quod *Salfenheim* dicitur, Preposito Ouensi & fratribus suis pro X. talentis emptum tradiderit; delegante etiam aduocato eiusdem Ecclesie Comite *Heinrico de Plöien*, coniuente quoque familia & predicta Abbatissa simul delegante in loco qui dicitur *Truhtleichingen*, eadem traditio testibus per aurem tractis subscriptis confirmata est: *Perchart de Mosen, Hartman de Miztorf, Wilhelmus de Wagingerperge, Pertoldus de Ptaigen, Heinricus de Albenoue, Wigo de Chiemse, Heinricus, & frater eius Chuonradus de Chreidorf, Otto de Miztorf, Wernhardus de Tesenheim, Chuonrat de Pourcheim, Chuonrat de Ascowe, Wolftrigel de Chirchperch, Wernhart de Paldlingen, Fridericus de Selchouben, Albrecht de Walthalmingen, Otto de Sundermöringen.*

NUM. C. circa AN. 1180.

Presenti pagina confirmamus, quod quatuor germane uniius matris filie, cum egerent, nec quicquam aliud haberent, instinctu ammonite diuino, sese in seruitium huius monasterii ingenita libertate potite tradiderunt, videlicet Iudita, Tuota, Hademuot, Friderum, hac conditione, ut unaqueque illarum eidem Ecclesie singulis annis 5. nummos persoluant. Hoc attestantur plurimi eiusdem monasterii famuli: &c.

NUM. CI. circa AN. 1140.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter venerabilis Salzpurgensis Ecclesie Archiepiscopus *Chuonradus* tradidit in locum, qui dicitur Owe, in stipendium fratrum ibidem comuni vita degentium duas partes decimarum in Ecclesia, que dicitur *Wang*, scilicet in villa Heuuas III. unum: mansum *Schart* unam Heuwam, *Erlnhaim* heuwam unam, mansus II. *Grob* heuwam unam, *Schatiswincheim*, duas Heuwas, auf der Oede II. item in Ecclesia *Purchirchen* ipsi tradidit similiter

duas

duas partes decimarum, scilicet in *Reicherspuch*, *Gazzen*, *Chrinne*, *Chromperch*, quod ita factum est, H. r. t. sunt *Marchio Engilbertus*, *Heinrich de Sechirchen*, *Heinrich de Hegelin*, *Meingoz de Surberch*, *Lutwin de Saltzpurch*, *Chuonone Aduocato*, *Herbordo Preposito suscipientibus.*

NUM. CII. circa AN. 11 . .

Uniuersis Catholice fidei filiis insinuamus, quod duo germani fratres nomine *Heinricus & Pernhardus de Emphingen* diuinitus afflati pro perenni premio, nec non pro parentum suorum remedio exiguos agellulos, quos illis paterna traditio contulit in loco qui appellatur *Emphingen*, pro diuino amore huic Monasterio delegauerunt, ut recipiant pro paruis magna, pro temporalibus sempiterna. Quod factum multi ex familia eiusdem Ecclesie testantur, quorum ista sunt nomina Chuonradus, Heinricus.

NUM. CIII. AN. 1173.

Audite hec omnes Gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem, quod quedam femina ministerialis *Marchionis de Chreiburch Engilberti*, *nomine Adelheit de Grauengarze*, predium suum *Zachenheim* situm hereditario iure possessum, potenti manu super altare S. Felicit. Ouwe tradiderit, ad seruiendum Domino viuenti, & fratribus inibi positis fruendum pro remedio anime sue, suorumque parentum, omniumque fidelium defunctorum. Facta est autem huius predii delegatio a marito ipsius nomine *Gerungo*, & filiabus eius *Mahthilde* videlicet de *Sundermaringen*, *& Pertha de Wolfrathusen*, presentibus maritis ambarum *Ottone* videlicet & *Oudalrico*. H. r. t. sunt prescripti viri & filius *Ottonis Heinricus*, & homines ipsorum, Werenherus, & Marchwardus, *Werenherus de Boutenberch*, *Dietmarus de Westerenberch*, *Fridericus de Cholbaren*, *Chuonradus de Hitnheim*, *Waltherus de Chreiburch*, & tota familia huius ecclesie. Dat. An. ab Incarnat. Dom. MCLXXIII. indictione VI. regnante Imperatore Friderico V. Idus Martii.

NUM. CIV. circa AN. 1150.

Item experiantur, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, quod homo *Comitis de Megelingen Sahſo* nomine tradidit predium ſuum *Dahen* ſuper alt. S. Eelicit. Ouwe pro eterna ſalute, quod teſtatur filius eius Heinricus, *Heinricus de Gundingen*, *Chuonradus de Wiare*, &c.

NUM. CV. circa AN. 1160.

In veritate, que Chriſtus eſt, dicens: ego ſum via, veritas, & vita, notum facimus, ſub fide Catholica degentibus, quod *Engelbertus Marchio de Chreiburch*, cum faceret amicos de mammona iniquitatis, predia ſua diſtribuens per Cenobia, tradidit curtem unam, cui nomen inditum eſt Folcheſtorf ſuper alt. S. Felic. Ouwe, ut cum deficeret, in eterna tabernacula reciperetur, quod teſtantur Principes per aurem tracti, *Gebehardus Comes Halenſis*, *Chuono de Megelingen*, *Sigboto Comes de Niowenburch*, *Wolframmus de Dornperch*, *Walchuon de Steine*, *Pabo de Eringen*, *Otto de Aſcheim*, *Heitvolch de Veluwen*, *Gelphrat de Chruoſen*, *Chuonradus de Aſchouwe*, *Reginoldus*, & *Fridericus de Selhuoben*, *Luitpoldus de Turndorf*, *Heinricus de Buorchirchen*, *Chuono de Snetſe*, *Engelramus de Hohenſteine*, *Heinricus de Torringin*, *Fridericus de Eskenouwe*, *Chuono de Harde*, & alii quam plures, quos enumerare non opus eſſe ducimus. Poſtea vero *dux Carinthie filius fratris eius* eandem curtem iniuſta poteſtate ſibi uſurpavit, quo usque acceptis a nobis 5. talentis ab iniqua preſumptione quievit, & datum quod infirmavit, dando confirmavit.

NUM. CVI. circa AR. 1150.

Item *Rapoto de Ramſuoe* tradidit propram ancilam ſuam *Willepurch* ſuper altare S. Felicit in Ovve ad cenſum 5. nummorum annuatim perſolvendum. H. r. t. ſunt *Rudinger de Arnove & filius eius Rudinger*, *Strazzolf de Rameſowe*, *Owderich de Choubelinſpach*, *Oderich de Riſale*, *Chuonrat de Deslingen*, *Ruodolf de Friheim*, *Hein-*

Heinrich de Gundingen, Walchuon de Rintpach, Dietmar Scoenprunnen, Herman de Friheim: Wolfram Marſchalcus, Herman de Rietpach.

NUM. CVII. circa Ar. 1150.

Quod geſtum eſſe veraciter ſcimus ſcriptis poſteris confirmamus duo namque Fratres *Chuonradus & Hainricus de Chreidorf* predium quod ſui iuris eſſe conſtabat, quod dicitur *Ayche* pro divino amore, & animarum ſuarum ſalute, retento ſibi annuali fructu poſt exceſſum vite ſue Augienſi Monaſtero in uſus pauperum ibidem degentium ea media ratione delegaverunt, ut ſi unus illorum vita deceſſerit, frater ſuperſtes nil aliud de ipſo predio facere poſſit, ſed ut dictum eſt, in uſus pauperum cedat. H. r. t. ſunt *Chuonradus, & Heinricus predicti duo Fratres, Pruno de Putenberch, Waltherus de Chreipurch, Fridericus de Cholbarn, Engelbertus de Grunouge, Maganus de Wolfperch, Chuono de Snaitſe, Liutwin de Azingen, Albertus de Wilchirchen, Hainricus de Rintpach, Chuonradus de Wiare, Oulricus de Giebingen, Wernhardus de Sifridesſwe, Chuonrat de Friheim.*

NUM. CVIII. circa 1150.

Notum ſit omnibus ex hoc nunc & usque in ſeculum, quod mulier quedam Mathildis nomine quondam cuidam Eccleſie *Isilvingin* mancipata liberauit ſe per mulierem Richart nomine predicte Eccleſie delegando quam pretio mediante, a quodam milite *Berenhardo de Talheim accepit.* Iam autem dictus vir partem predii ſui *Viſcherlohe* preſate Eccleſie pro teſtimonio iuſte cambitionis huius tradidit. H. r. t. ſunt ipſe *Berenhardus de Talheim, Fridericus de Isilvingin, Ekkehardus, & Luitfridus de Straze, Ebo de Wazerburc.* Que poſt non longo tempore Mathildis petitione ſua delegata eſt cum omni poſteritate ſua pro 5. nummis annuatim ſolvendis ſuper alt. S. Fel. Ouvve a Plebano de Isilvingin Chuonrado, preſente *Advocato & Comite Chuonone de Megelingen*, tempore *Herbordi*

Pre-

Prepoſiti in preſentia fratrum ſuorum audientibus & confirmantibus quorum nomina hec ſunt: *Sahſo*, *Arnoldus de Megelingen*, & ceteri de famila Eccleſie huius &c.

NUM. CIX. circa AN. 1150.

Univerſitati tam futurorum quam preſentium notum fieri volumus, quod Ruodigetus de Haimoltingen molendinum, quod habuit apud *Swindach*, tradidit ſuper alt. S. Felic. Ouvve. hoc atteſtatur ipſe advocatus *Dominus Chuono*, qui huic interfuit delegationi cum ceteris ſubnotatis, *Ditmarus de Lanzingen*, *Adelbertus de Wilchirchen Iudex ſenior Heinricus*, *Ruodigerus de Steininchirchen*, *Wernherus de Ritpach*, *Arnoldus de Albensheim*, *Oulricus de Euchingen*, *& fratres ſui Arnoldus & Eberanus*, *Ruodolfus de Friheim*, *& frater eius Ruodigerus*, *Eberhardus Lerchenſuoz*, *Chuonradus de Wyare Eberhardus de Ekenchoven*, *Gebolfus frater ipſius Ruodigeri*, *item Filiaſter eius Ruodigerus de Haimolten*, *Otto*, *& Hermannus de Ritpach.*

NUM. CX. circa An. 1150.

Item noverint omnes fideles, quod *Liutoldus de Alharshaim* portionem nemoris in *Hard*, que eum contigit, tradidit ſuper alt. S. Felicit. Ouvve, *Chuonrado Wolpen* delegante, Gotfridus vero frater ipſius reliquam partem, quam per diviſionem fuit ſortitus dum adhuc viveret, ſuo iuri abdicans, ſuper alt. S. Fel. tradidit eo tamen pacto, ut ipſi annuatim XXX. denarii inde ſolverentur H. r. t. ſunt *Chuonradus Wolpe*, *Ottmarus de Lanzingen*, *Sigehardus de Chirchtorf*, *Ottmarus de Hohenluoſe*, *Oulricus de Bibingen*, *Sigehardus de Auſte & frater eius Gebehardus*, *Chuonradus de Phaphenchirchen Iudex uterque Hainricus*, *& Hainricus*, *Otthmarus de Wald*, *& frater eius Heinricus*, *Hadwin de Mezmæringen*, *Heinricus de Arnone*, *Albertus de Nithartingen*, *Hartwicus de Lanzingen*, *Hainricus de Gibingen*, *Chuonradus.*

Num.

NUM. CXI. circa AN. 1150.

Notum ſit tam preſentibus quam futuris, quod quedam mulier nomine *Iutta de Cholbarn* pro remedio anime ſue, nec non parentum ſuorum poſt obitum ſuum tradidit predium, quod *Pircha* dicitur huic loco ſuper alt. S. Felicit. ut a Domino centuplum recipiat, & vitam eternam poſſideat. H. r. t. ſunt quam plurimi, ex quibus pauca nomina ſunt annotata, *Fridericus de Cholbarn*, & homo ſuus Adelbertus, Chunradus Helle, Oudalricus cognomento Weshlære, *Gebehardus de Auſte*, *Ruodbertus de Houenarn*, *Chuonradus & Heinricus*, Wernhardus, Ainwicus & frater eius Megenhardus, Hainricus, & Luitpoldus de familia. Item notum ſit omnibus, quod eadem mulier de Cholbarn quedam mancipia virum nomine Hiltmarn, & uxorem eius nomine Mathildâm ad 5. denariorum cenſum reddendum ſup. alt. S. Felicit. Ouve delegavit, & prenominatis teſtibus corroboravit.

NUM. CXII. circa AN. 1150.

Item noverint Chriſti fideles, quod *Fridericus de Rainpach* cum uxore ſua nomine Iudita virum nomine Chunradum delegavit ſup. alt. S. Felicit. ad cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſunt *Wertherus de Reinpach*, *Pertholdus de Sconenprunnen*, *Albertus de Pubenperge*, *Irmfridus*, Aribo, Heinricus, Ditmarus, Chunradus de familia.

NUM. CXIII. circa An. 1150.

Item notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Sifridus de Niwenburch* pro remedio anime ſue, nec non uxoris ſue *Hiltigundis* quedem mancipia delegavit ſuper alt. S. Fel. ad cenſum 5. denariorum, ſcilicet Mathildem cum liberis ſuis, quorum nomina hec ſunt, Chuno & Chunradus, Mathildis, & Iuditta ſorores eorundem.

NUM. CXIV. circa AN. 1150.

Univerſitati tam futurorum quam preſentium notum facimus, quod *Heinricus de Hozingen* predium in eodem loco ſitum,

dum adhuc viveret, per manum traditoris *Heinrici de Perge* poſt terminum vite ſue tradidit ſup. alt. S. Felicit. Owe, quod & fratres ſui ante fecerant. Preterea delegavit idem Heinricus quedam mancipia ad cenſum 5. denariorum annuatim perſolvendorum, quorum hec ſunt nomina: Sigehardus & ſoror eius Adelheidis cum filio ſuo Sigehardo, Wernherus & ſoror eius Tuta & mater eorundem Mathilda cum omni poſteritate. H. r. t. ſunt Heinricus Iudex, *Otto de Ritpach*, *Wernherus de Ritpach*, *Arnoldus de Albensheim*, *Chunradus de Friheim*, *Chunradus de Wiare*, *Wernherus Lantode & frater eius Heinricus de Horheim.*

NUM. CXV. circa AN. 1150.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod *Volcholt de Friheim*, *& filia ipſius Adeleit* prece & pretio *Heinrici de Rouzzen* dicti mancipium quoddam Diemudem nomine cum liberis ſuis, omnique poſteritate libere ac poteſtative ad altare S. Felicit. pro remedio animarum omnium parentum ſuorum, in annualem cenſum quinque denariorum delegaverit, hoc quidem tenore, ut ſi paupertate ingruente hanc ſummam perſolvere nequiverint, de redditione preſati cenſus non cogantur, ſed in arbitrio ipſorum ſive unum ſive duos denarios reddere voluerint, relinquatur, ſique X. annos ſuperſederint, tandemque decimo denarios decem perſolverint, nullam paciantur ſuper hoc violentiam. Hunc vero cenſum unum tantum mancipium maius etate in omnem poſteritatem pro omnibus ſolvat. Facta eſt traditio hec per liberum quendam *Ortolfum de Tegerwanch*, in manum cuius libera *Domina Iuditta* videlicet de *Haſelpach* mancipia preſata primitus comiſerat, ut ſuper alt. S. Fel. Owe delegaret. H. r. t. ſunt *Pernhardus de Haſſenheim*, *Pernhardus de Puoche*, *Ortolfus de Tegerwach*, *Heinricus de Aſchowe*, *Ruodegerus Camerarius*, *Heinricus de Flozzingen*, *Philippus*, *Chuonradus de Wiare*, *Ruodolfus de Friheim*, *Dietmarus Camerarius*, *& frater eius Heinricus*, &c.

NUM.

NUM. CXVI. circa An. 1180.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod *Adelhaidis Cometiſſa de Megelingen, eiusque filii Chuono maior, & Chuono minor uterini fratres*, omnibus commilitonibus eorum aſtantibus, & ſimul cum ipſis confirmantibus predium in *Gruonenbach* ſitum, & molendinum, quod adiacens eſt, cum omnibus reditibus delegaverit ſuper altare S. Felicit. Owe pro ſalute & remedio anime *Domini Chuononis* & eorum atque parentum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum, ut a Domino centuplum recipiant, & vitam eternam poſſideant, preſente etiam Domino Salzpurgens. Eccleſie AEpiſc. H. r. t. facti ſunt *Otto Iunior Palatinus Comes, & frater ſuus Fridericus converſus, Heinricus de Plagen, Dietricus Comes de Wazerburch, Megengotus de Salzburga, Willehalmus de Wagingareberge, Ruodgerus de Salzburg.* & alii miniſteriales, qui fuerunt preſentes, *Ortolfus de Tegerwach, Sigehardus Vitedominus de Eberſpiunt, Sigehardus de Chirchtorf, uterque Iudex Heinricus, & Heinricus de Megelingen, & fratres eius Eberhardus, Ruodegerus, Albertus de Wilchirchen; Chunradus de Friheim, Chunradus de Wiare, Heinricus de Rimpach, Dietmarus de Euchingen, & fratres ſui Rudgerus Camerarius, & alii quam plures.*

NUM. CXVII. circa An. 1170.

Pateat omnibus Chriſti fidelibus. quod Eccleſie noſtre cenſualis quidam, ſiboto nomine de Niderheim, duas partes dimidie eube, quas hereditario iure poſſidebat ſup. alt. S. Felicit. Ouwe manu poteſtativa delegavit, tali quidem pacto, quod tercia parte predictis duabus contigua per manus awunculi, ipſius *Salmanni*, nobis tradita ipſum infeudavimus, ut de tribus his, dum vivat, decem denarios nobis perſolvat, eo vero mortuo nullam poteſtatem poſteris ſuis predium hoc relinquendi habeat, ſed iure proprietatis Eccleſie noſtre omnino ſubiaceat. H. r. t. ſunt Iudices de Mege-

lingen Heinricus & Heinricus, *Wernherus de Rietpach*, *Hermannus*, *Chuonradus Camerarius*, & alii quam plures.

NUM. CXVIII. circa AN. 1170.

Memorie tam futurorum quam presentium proponimus, qualiter *Chuno de Megelingen* pro salute sua & coniugis sue, nec non liberorum suorum salubrem etiam posteritatis sue memoriam recolens, super alt. S. Felicit. Adelheidam, & filiam eius Adelheidam & filios ipsius Rudebertum, Pernhardum, Arnoldum, Pertholdum, Sibothonem cum tota Posteritate sua ad censum 5. denariorum annuatim persolvendum delegavit. H. r. t. sunt *Liutherus Prepositus* cum ceteris confratribus, & cum tota familia eiusd. loci.

NUM. CXIX. circa An. 1170.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris clarere cupimus, qualiter miles quidam *de Richersheim Ruodolfus* nomine predium suum *Hohenberch* situm, quod a quodam Salzb. Ministeriali emerat, ad alt. S. Felicit. in communem usum fratrum inibi Domino servientium, pro remedio anime sue per manum Legatarii sui potestative tradidit. Eo vero mortuo filie ipsius cum posteritate sua Ecclesiam nostram super hoc vehementer impetebant, testamentumque Patris in irritum prorsus revocare volebant, cumque pertinacia iniquitatis huius longius processisset, multis tandem hinc inde rationibus ventilatis, omnis illa cognatio bono animo inducta, & a litis controversia benigne delapsa, prefatum predium libere nos habere permisit, nec se querimoniam super hoc ulterius laturam firmiter spopondit. H. r. t. sunt *Comes Chuono*, Iudex Heinricus senior & iunior, *Albertus de Wilchirchen*, *Chunradus de Friheim*, *& fratres eius Volcholdus & Ruodolfus*, *Ebrannus de Euchingen*, *Heinricus de Rosezzen*, *Heinricus de Ascuowe*, *Hermannus filius Iudicis*, *Gebehardus de Tanpach*, *Engelbertus de Route*, *Albertus de Pirchewanch*, *&c.*

Num.

NUM. CXX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod venerab. Archiep. Conradus tradidit ad alt. B. Felicitatis Ouvven Eccleſie decimas ſuas in Parochia *Purchirchen* totaliter & indivim, videlicet Reichſpuech, item Chramperch, item Gazzen, item Chrinne.

NUM. CXXI. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis homo *Gotfridus* nomine *de Rote* quedam mancipia, quorum hec ſunt nomina, Irmigart, Adelheit, Diemuot, Ruodolven, Wernharden, Dietmaren, Iudith delegavit in manus *Adalbert de Wilchirchen*, ea videlicet conditione, ut poſt obitum ipſius delegaret ea, quocunque illa petiſſent. Petione ergo illorum delegavit ſuper alt. S. Fel. Ovve pro 5. denariis annuatim perſolvendis. H. r. t. ſunt idem Adalbertus traditor illorum, & vir ſuus *Geroldus*, *Ougo de Ecche*, *Gotefrit de Rote* &c.

NUM. CXXII. circa 1160.

Fidelium noſcat univerſitas qualiter Salzpurg. Arichiepiſcopus Chunr. Apoſtolice Sedis Legatus predium quoddam iuxta portum *Helkers urfar* ſitum, pro Dei amore ac ac remedio anime ſue ad alt. S. Felicit. Onvve tradidit, huiusmodi tamen conditionis forma impoſita, ut cunctis ſuis hominibus in portu prefato ſine naulo deinceps paratior pateat tranſitus. teſtes autem, preſentia quorum id factum eſt, hi ſunt, *Rudegerus*, *Willehalmus de Wagingarberg*, *Liutwinus de Isen* & fidelis eius *Rudigerus*, *Chuno de Warfen*, *& frater eius Eticho*, *Liupoldus de Walpe & filius Heinricus*, *& Sororius eius Eckardus*, *Heinricus de Niwenchirchen*, *Ekkehardus de Tanne*, *Heinricus de Acowe*, *Ditmarus*, *Otto de Liuchental*, *Harwicus de Pidingen*, *Guntherus de Talgowe*, *&c.*

NUM. CXXIII. circa An. 1140.

Memorie tam futurorum quam preſentium commitimus, qualiter *Chuonradus de Hochentane* dimidiam eubam in occidentali

Pirchwanck sitam, filiis suis *Chunrado & Rafoldo* astantibus, & idem unacum patre confirmantibus, acceptis a nobis VI. solidis per manum Domini sui *Chunonis Advocati* nostri tradidit super alt. S. Felicit. pro remedio anime sue, liberorumque suorum. Quod verum esse hi testantur, Heinricus Iudex senior & Iunior iam dicti fratres, *Chunradus, Rapholdus, Ruodigerus de Friheim, Eberannus de Eucbingen, Ruodigerus de Reimoltingen, & alii quam plures.*

NUM. CXXIV. circa AN. 1150.

Pateat item cunctis Christi fidelibus, quod quidam Ministerialis Salzburgensis Ecclesie nomine *Heinricus de Afcowe* predium quoddam *Totenberch* situm cum matre sua & sorore manu potestativa tradidit super alt. S. Felicitatis pro remedio anime sue patrisque sui, omniumque parentum suorum. H. r. t. sunt Heinricus Iudex senior & Iunior, *Wernherus de Rietpach, Eberhardus de Gundingen, Heinricus de Chochparch, Heinricus de Roſſezzen Otto de Muchelheim, & frater eius Dietmarus.*

NUM. CXXV. AN. 1312.

Noverint Christi fideles, quod quidam miles dictus *Sifridus de Aich* predium suum, quod habere visus est iuxta supra sciptum predium nostrum in *Totenperch* pro remedio anime sue Ecclesie nostre atque Garzzensi, sine omni iure advocatico tradidit absolute, tempore Wernheri Prepositi nostri, atque Gundacheri Prepositi Garzzensis & *Ottonis* Ducis Bavarie, & *Chunradi Archiepiscopi* Salzpurgensis &c. d)

d) Hæc traditio scripta erat in margine Codicis.

NUM. CXXVI. circa An. 1160.

Item noverint Christi fideles, quod quidam liber homo nomine Sigboto abrenuncians seculo, predium quod in loco qui *Dietra-*

ningen

mingen dicitur, possederat, Advocato nostro *Chuonone* presente, & predium prefatum suscipiente, per manum legatarii sui *Heimonis de Wiare* delegavit super alt. S. Felicit. in communes usus Fratrum inibi Domino servientium, quod testantur idem *Heimo*, Sigehardus, *Pabo de Chirchdorf*, *Herandus de Hochemose*, *Henricus*, *Chunadus de Chirchtorf*, *Pertholdus*, *de Perchaim* & filius eius Fridericus, &c.

NUM. CXXVII. circa AN. 1160.

Noverint etiam Christi fideles, qualiter Miles quidam *Purchardus de Zugelesheim*, divino commonitus instinctu predium suum quod in loco qui dicitur *Tanne* iure hereditario possederat, tradidit super alt. S. Felicit. eo tamen conditionis tenore interposito, ut si vellet eandem traditionem talento redimerer, sin autem nollet post exitum vite sue predium prefatum in nostros usus libere decederet, quod testantur: Heinricus Iudex senior & Iunior, *Eberhardus de Eckenkoven &c.*

NUM. CXXVIII. AN. 1125.

Noverint totius Ecclesie filii, quliter quidam nobilis homo nomine *Egelolfus de Porrenchoven*, delegavit quamdam mulierem suam nomine Willebrich in manus cuiusdam liberi viri *Sigbotonis* nomine de *Perspach* ea conditione, ut eam cum liberis suis habitis & habendis liberam faceret, quacunque libertate ipsa vellet: rogatu autem ipsius mulieris delegavit eam, & liberos suos habitos & habendos super alt. S. Fel. in loco qui dicitur Ouvve, hoc modo, ut ammodo esset ipsa altaris eiusdem legitima ministra & liberi eius legitimi ministri; eadem quoque mulier tale predium, quale habuit in loco, qui dicitur *Herprehtingen* excepto uno iugere super idem altare per manum Advocati sui *Chuononis* delegavit, ita tamen, ut ipsi & liberi sui quamdiu viverent illo uterentur, & si liberi eiusdem mulieris sine heredibus morerentur,

pre-

predium ipſum predicti altaris, & ibidem Domino ſervientium eſſet proprium. H. r. t. ſunt *Ruothart de Riepach*, *Engeldich de Perge*, *Timo de Rieden*, *Gotfrid de Friheim*, *Rertholt de Howdorf*, *Wernher de Rabensheim*. Hoc factum eſt Anno ab Incarnatione Domini Anno MCXXV. tempore Honorii Papæ, Lotarii Regis, Chunradi Salzburg. Archiepiſcopi, & Chunonis Advocati.

NUM. CXXIX. circa An. 1150.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam poſteris quam modernis, quod Domina quedam de *Winbuwern & Puochchirchen*, *Gerbirgis* nomine duos viros Wirnten & Engelharten pro Dei amore & ipſorum petitione per manum traditoris ſui *Friderici de Dietelheim*, ad alt. S. Fel. Ouwe ad cenſum 5. denariorum pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum delegavit, tali quidem pactione, ut ſi cenſualem iuſtitiam per annos tres reddere neglexerint, & in quarto non emendauerint, proprietatis iure teneantur. H. r. t. ſunt *Sigehardus de Chirchtorf*, *Chunradus Camerarius*.

NUM. CXXX. circa AN. 1160.

Abnegationem de Perge & omnibus appendiciis eius futuro annunciamus ſeculo, que facta eſt a liberis *Hartmani* & uxoris *Iten de Froſteheim* ea ratione mediate, ut unus eorum *Oudalricus* nomine in commune congregationis aſſumeretur, Pater enim & mater eorum ut ſuperius annotatum eſt, abnegaverunt. Cuius rei teſtes ſunt *Chunradus*, *Luitpoldus*, *Pertholdus de Froſcheim*, *Oudalricus de Plaſouwe*, *Ezzo de Niwenhuſe*, *Heinricus de Chranuuit*, *Rudolfus de Guzenberch*, *Udelſcalcus*, *de Holzhuſen*, *Wigboto de Apretesheim*, Albero & filius eius Oudalricus de Meglingen, Oudalricus de Nivvenhuſen, Rudolfus de familia Eccleſie.

NUM. CXXXI. An. 1181.

Modernis ac poſteris noſtris ſcriptis aſſignatum tradimus, qualiter Dominus Salzburgenſis Archiepiſcopus *Chuonradus* apoſtolice

ſolice Sedis Legatus, quondam Moguntinus Archiepiſcopus, cum Prepoſito Ovvenſe *Liuthero*, videlicet advocato ſuo Domino *Chunone de Megelingen* preſente, de mancipiis aliquibus quoddam fecerit concambium: etenim mulierem quandam Adelheidam nomine cum liberis ſuis tam viventibus quam victuris, ac Mathiltam unam, & filiam eius Williburgem cum omni poſteritate ſua ad alt. S. Felicitatis Ovve poteſtative tradidit, pro quibus feminam alteram Apelam dictam cum liberis ſuis habitis & habendis a Prepoſito prefati clauſtri verſa vice recepit. Qui autem huic concambio interfuerint hi ſunt: Dominus *Fridericus frater Archiepiſcopi*, *Comes Rapoto de Ortenberch*, *Comes Hainricus de Frantenhuſen*, *Comes Dietricus de Wazzerburch*, *Comes Hainricus de Plagen*, *Siboto de Surberch*, & *frater eius Megengozus*, *Chuno de Werven*, *Liupoldus de Walde*, *Ekkehard de Tanen*, *Liutwinus de Isen*, *Hainricus de Perge*, *Hainricus Iudex de Meglingen* ſenior ac iunior, *Conradus de Friheimen*, & fratres eius *Ruodgerus*, *Rudolphus*, *Volcholdus*, *Chuonradus de Viare*, *Ruodegerus de Haimoltingen*, facta ſunt hec anno ab incarnatione Domini MCLXXXI. Indictione IV. Alexandro Papa III. Rome preſidente, anno Apoſtolatus ipſius XXI. & ultimo.

NUM. CXXXII. circa AN. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus quam futurisuod tres fratres de fidelibus Comitis *Chunonis* de Megelingen, predium quoddam *Ritenpach* ſitum per manum aduocati ſcilicet prefati Domini ſui tradiderunt ſuper alt. S. Felicit. in communes uſus Fratrum inibi Domino ſervientium, pro remedio anime fratris ipſorum Oudalrici occiſi, nec non & omnium parentum ſuorum. Scilicet Heinricus, Eberhardus, Ruodegerus de Gurdingen. H. r. t. ſunt *Cluno Advocatus*, *Heinricus Iudex*, *Chunradus* & fratres eius *Volcholdus*, *Ruodolfus*, *Rudigerus de Friheim*, *Arnoldus de Lanzingen*, & frater eius *Eberannus de Euchingen*,

Ruodigerus de Steinchirchen, *& frater eius Walchunus*, *Rudigerus de Heimöltingen*, *Gebehardus de Tampach*, *Wernherus de Ritpach*, *Chuonradus de Hohentanne*, *& frater eius Rafoldus*, *Udalricus de Gielingen*, *Chunradus de Wiare*, *Heinricus de Horheim*, *Pertholdus Vihslanch*, *Hartwicus de Lanzingen*, *Hermannus filius Iudicis*, *Albero de Schalchen*, aliique plures.

NUM. CXXXIII. circa An. 1170.

Universaliter tam posteris quam presentibus constanter pateat quod tres sorores Mathildis, Adelheidis, & Heilica manu libertatis omnimode se ipsas tradiderunt ad altare S. Felicitatis Owe pro quinque denariis annuatim solvendis, ut tutiores sub *protectione Advocati loci predicti* Owensis videlicet defense *sedeant*, quod testificantur *Heinricus de Rintpach*, qui iudiciarie cause prefectus predictas sorores vice *Domini* Chuononis presente *Loutario prefati* loci preposito suscepit, & de familia eiusdem Ecclesie quam plurimi.

NUM. CXXXIV. circa AN. 1170.

Item mulier quedam libera Heilka nomine tradidit se ipsam ad altare S. Felicit. Ouwe ad censum 5. denariorum. H. r. t. sunt *Hermannus de Tampach*, *Engilbertus*, *& Ruodolfus de Houdorf*, & alii multi de familia Ecclesie.

NUM. CXXXV. circa An. 1170.

Universitati tam futurorum quam presentium notum fieri volumus, qualiter quidam nobilis Ministerialis Salzpurgens. Ecclesie *Willehalmus* nomine de *Wagingerberge* predium, quod in loco qui *Herrichsheim* dicitur, iure hereditario possederat per manum legatarii sui *Megingoti Castellani de Salzpurgen patruelis* sui, delegavit sup. alt. S. Felicit. Owe in communes usus fratrum inibi Domino servientium pro remedio anime sue omniumque parentum suorum. H. r. t. sunt predictus *Megingoz*, *Sigboto iunior de Sur-*

Surberch, Pertholdus Prepoſitellus, Uodalricus de Suelinstorf, Hartmann de Rodengrim, Uodalricus de Ditana, Uolcholdus de Salzpurg, Rahewin de Platenberch, Ruodolfus de Wiſenpach.

NUM. CXXXVI. circa An. 1140.

Item nouerint Chriſti fideles, qualiter quidam miniſterialis Ratiſponenſ. Eccleſie *Heinricus nomine de Walde*, predium, quod in loco, qui *Niwenhuſen* dicitur, obeunte fratre ſuo Dietmaro iuri ipſius deceſſerat, pro remedio anime ſue prenominatique Dietmari, nec non & omnium parentum ſuorum, tradidit ſuper altare S. Felicit. tali quidem pacto interpoſito, ut quamdiu ipſe viueret, cenſum 5. denariorum de prenotato predio perſolueret. tradidit preterea predictus Heinricus mancipia . . . . . videlicet cum liberis ſuis omnique poſteritate in annualem cenſum 5. denariorum, hoc quidem tenore, ut ſi tribus annis ſuperſederint, & in quarto non emendauerint, proprietatis iure teneantur. Facta ſunt autem hec *Aduocato noſtro Chuonone* adſtante, & eadem mancipia una cum predio ſuſcipiente, quod ut ratum ſit his teſtibus confirmatum eſt Chunone Aduocato, *Udalrico de Giebingen*, Heinrico iudice & filiis eius Hermano & *Heinrico de Gundingen*, *Roudigero de Friheim & fratre eius Rudolfo*, *Hartwico de Lanzingen*, *Egelolfo de Mulſe*, *Adelberto de Wilchirchen*, & aliis quam pluribus.

NUM. CXXXVII. circa An. 1140.

Memorie tam futurorum quam preſentium tradimus, qualiter Pabo Hech de Schiltarn Engilbertum & Suzimannum fratres, & ſorores illorum Richildem, Waltpurgam, & Giſilem de Gumpoltsheim cum poſteritate ſua, quos multo tempore contra iuſtitiam ſeruire ſibi conſtrinxit, tandem inductus pretio ſuper altare S. Felicit. delegauit in Owe ad cenſum quinque nummorum. Nomina autem liberorum predictarum ſororum hec ſunt: Waltpurg hos habuit liberos, Mathilt, Adelheit, Iutam, Ottonem,

Rudigerum, Pertholdum, Dietmarum, Engilbertum. Giſila eum his liberis, Liuhart, Manthilt, Pertha, Diemude, Adelheit; Gerbirch, Chuonrat, Ruodiger. H. r. t. ſunt *Heinricus de Megelingen*, *Heinricus Iudex*, *Saxo*, *Pertholdus de Rieden*, *Gebehardus de Hage*, *Ruodbert de Havenarn*, *&c.*

NUM. CXXXVIII. circa AN. 1135.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Dominus *Chuonradus de Chraidorf* & frater eius *Heinricus* Miniſteriales Comitis *Rapotonis* predium quoddam ſitum *Eicheim* pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum ad altare S. Felicit Owe delegauerunt: ea tamen conditione, ut dum ipſi viuerent fructus etiam caperent, poſt mortem autem ſuam in uſum pauperum Xenodochii loci illius cederet; poſtmodum tempore exigente pauperes prefati Xenodochii Domino Chuonrado 5. ſolidos dederent, ut predium idem eo ipſo viuente libere poſſent poſſidere, ac fructus etiam recipere. Preterea predium aliud *Pichel* nuncupatum, quod huic erat contiguum, ac uſibus ſuis ſatis videbatur commodum, ab eodem Chuonrado videlicet 5. ſolidis comparauerunt H. r. t. ſunt *Chuonradus de Chraidorf*, *Wernherus* Vælis Chuonradus Villicus de Aſpach, *Oulricus de Chraidorf*, Arbo fidelis ipſius, *Prun de Chraiburch*, *& frater ipſius Wernherus*, *Diemarus de Weſterberch*, Arnold & frater ipſius Iudex Heinricus de Megelingen, & filius eius Hermanus, Heinricus iunior, *Heinricus de Hocheim*, *Ruodolfus de Perg.*

NUM. CXXXIX. circa AN. 1120.

Omnes fideles Dei tam poſteri quam moderni ſcire debent, quod quedam libera Matrona de Viſcahe Pertha nomine quedam mancipia ſua Heinricum videlicet & uxorem ipſius Adelhaidem cum IV. liberis ſuis Hainrico, Gertrude, Pertha, Ricza, ac reliquam poſteritatem illorum in manum Domini *Ekkehardi de Tanne*

Tanne, delegauit, ea quidem conditione, ut pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum ſuper altare S. Felicit. Owe ad cenſum annualem 5. denariorum hec ipſa procul dubio delegaret. Cuius precibus Dominus Ekkehardus ſatisfaciens, cum Dominus *Fritelo* prefate Eccleſie Prepoſitus Salzpurgum veniſſet, predicta mancipia ſuper Reliquias Sancte Felicitatis, quas ſecum illuc adduxerat, poteſtatiue delegauit. H. r. t. ſunt ipſe Legatarius Dominus *Ekkehardus*, & Iudex Heinricus ſenior de Megelingen ac iunior, & ceteri quam plures.

NUM. CXL. circa An. 1135.

Uniuerſitatis tam modernorum quam poſterorum recolat memoria, quia vir quidam Perhardus nomine agrum unum iuxta Talheim ſitum manu poteſtatiua ad altare S. Felicit. Owe in communes uſus fratrum inibi Deo ſeruientium pro remedio anime ſue, omniumque parentum ſuorum tradidit. H. r. t. ſunt Patrueles ipſius *Pertholt*, *Gotſcaclus*, *Hainricus de Arnowe*, *Heremannus de Ritpach*, *Dietricus*, *& Ulricus de Arnowe*, *Ruobertus manſionarius*, *Dietmarus & Ulricus frater eius de Haſelbere*, *Dietmarus de Rintpach*, *& gener eius Dietricus*, *Wernherus de Tanpach.*

NUM. CXLI. circa An. 1150.

Omnes fideles Dei noſcant, quia Dominus *Arnoldus de Albensheimen* mancipium quoddam, videlicet Liutkardem cum filio ipſius Hainrico pro remedio anime ſue, omniumque parentum ſuorum ad alt. S. Felicit. Owe per manum legatarii ſui Iudicis Hainrici de Megelingen ſub omnimode proprietatis iure delegauit. H. r. t. ſunt Hainricus Iudex de Megelingen, *Hainricus de Gundingen*, & frater eius Eberhardus, *Cuonradus de Friheimen & frater eius Volchold*, *Ruodegerus*, *Ditmarus liber de Walde & Hainricus*, *Hainricus de Roſſezzen*, *Hainricus de Chochpach*, *Waltherus de Tobel*, *Heremanus de Arnowe*, *Albertus de Wilchirchen*, *Cunradus de Mainraitingen.*

NUM. CXLII. circa An. 1135.

Noſcat omnis Chriſtianitas, quod quedam libera mulier *Luitkardis*, nomine cum *duobus liberis ſuis Adelhaide ac Hainrico* ſuper alt. S. Felicit. ſe tradidit ad annualem cenſum videlicet 5. denarios annis ſingulis perſoluendum. H. r. t. ſunt *Hainricus de Perge*, *Hainricus de Flozzingen*, *Hainricus ſtimulus*, *Hainricus latinus*, *Ruodolfus de Perge*,

NUM. CXLIII. circa An. 1135.

Omnes fideles Dei noſcant, quod mulier quedam nomine Pertha, cum ex omni parentela ſua eſſet libera, ad alt. S. Felicit. cum omni poſteritate ſua voluntarie ſe tradidit ad annualem cenſum 5. denariorum. H. r. t. ſunt Irmfridus, *Hainricus de Niderhaimen*, *& fratres eius Fridericus*, *& Erwinus*, *Hainricus de Wiare & frater eius Rapoto*, *Hainricus & frater eius Engelbertus*, *Hainricus de Schachen*, *Hainricus de Chraimberch*, *Cuonradus & Hainricus filii Erwici.*

NUM. CXLIV. circa An. 1130.

Uniuerſi Chriſti fideles ſciant, quia Hainricus ſenior Iudex de Megelingen ab homine libero Ulrico nomine ac uxore ipſius Bertha predium quoddam *Niderhaimen* ſitum pro VII. talentis emit, quod dum ab ipſis ſine contradictione cuiuſquam impetentis poteſtatiue recepit, ſuper altare S. Felicit. Owe pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum liberis ſuis annuentibus per manum *Hainrici de Arnowe* legatarii eiusdem predii irrefragabiliter delegauit. H. r. t. ſunt Hermanus filius Iudicis Luitoldus cellerarius eius, Ekkehardus ſervus ipſius, *Hainricus de Arnowe*, *Otto de Muchalhaimen*, *Heremannus de Tanpach*, *Engelbertus de Huowedorf*, *Rudolfus de Perge*, *&c.*

NUM. CXLV. circa An. 1135.

Preſens atque poſtera recogitet generatio, qualiter *Sigboto* quidam de *Tanne*, preſente Patre ſuo *Oudalrico* & annuente delegauit

gauit ad altare S. Felicit. Owe predicti amore, VIII. mancipia, quorum iſta ſunt nomina Dietmar, Adelheit, Richkart cum poſteritate ſua videlicet Dietmaro, Sigbotone, Chunrado, Arbone, & Diemude, quam ſolam cum prole ſua ipſa die & poſtmodum cenſualem iuſtitiam ſoluere promiſit, reliqua vero mancipia ad tempus vite ſue retinuit. Transactis poſtea annis paucis rogauit attentius inbeneficiari ſe quodam predio Eccleſie quod dicitur *Lanchwaht*, ea ratione mediante, ut preſata mancipia ab ipſo die & deinceps libere cenſum quinque denariorum ad predictum altare perſoluerent, quod ſi annos IV. ſuperſederent, & quinto non corrigerent, iure teneantur proprietatis. Diffinitum eſt itaque hoc negotium ſecundum ſuam petitionem & beneficium, quod poſtulauit non in manus uxoris aut filiorum, ſed ſibi ſoli quamdiu viueret, ſicut alteri colono Eccleſie ad XL. denarios annuatim preſtitimus, & idem *Sigboto* & uxor eius *Irmigart*, & filii ipſorum *Sigboto*, *Oudalrich*, *Sigberto*, *Heinrich*, fecerunt abnegationem de mancipiis prenominatis in preſentia Heinrici Iudicis, qui hec omnia confirmauit in loco aduocati in Dominico die Palmarum. H. r. t. ſunt Heinricus Iudex, *Ruodogerus de Friheim*, *Heinricus de Chamere*, *Hermannus filius* Iudicis, & frater ſuus *Heinricus*, *Heinricus de Emphingen. &c.*

NUM. CXLVI. circa AN. 1160.

Generationi, que ventura erit, nunciamus, quod homo quidam . . . . . de Swerzzenbach, & uxor eius *Ricchhart* filiusque ſuus *Wigoldus* predium quoddam emptitium in loco ... iuſte poſſidentes tradiderunt ad alt. S. Felicit. Owe pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum, mediante hac compactione, quod eiusdem Eccleſie congregatio partem alteram quam ipſi inibi videbantur habere, pro beneficio receperunt, ita ut quamdiu ille Wigoldus viueret, annuatim XXX. denarios inde perſolueret,

Chuon-

Chuonone Aduocato suscipiente & confirmante. C. r. t. sunt *Heinricus Iudex & filii Herman.* Wernhard. *Heinr. de Gundingen, &c.*

NUM. CXLVII. circa An. 1124.

Veritatis amatoribus commendamus, quod quidam Salzburgensis sigehardus nomine fugiens mundum, & ea que mundi sunt, ut pro temporalibus sempiterna reciperet, predium suum *Zachenheim* situm sub iuramento Ouwensi Ecclesie in communem usum sibi & fratribus inibi Deo seruientibus offerens, & se ipsum ad seruiendum Deo viuenti, & filium suum Liebhardum nomine una cum ipso sub hac pactionis forma suscepimus, ut dum perueniret ad dies discretionis, si se ita beneuolum, & decoratum bonis moribus exhiberet, si regularis vite professionem aggredi vellet concederetur, si nollet, egredi nullatenus prohiberetur. fecit quoque abnegationem de predio, licet eum hereditario iure non attingeret. H. r. t. sunt Iudex de Megelingen, Heinricus, qui & hoc confirmauit loco Aduocati, & filius suus Wernhardus, *Heinricus de Sifridwuore, Chuonradus de Niderheim, &c.*

NUM. CXLVIII. circa An. 1160.

Item sciat omnium fidelium propago, quod Frisingensis quidam *Sigboto* nomine de *Niderhaim* predium suum in eadem villa situm, quod a liberis parentibus receperat, nec *potestati uxoris subici poterat* tradidit ad altare S. Felicit. Owe per manum delegatoris *Chuonradi* videlicet cognati sui, pro Dei amore & anime sue omniumque parentum suorum salute tribus talentis etiam receptis, cum abnegatione uxoris sue Mathildis & pignorum suorum, que abnegatio facta est in Arnouwe Iudice de Megelingen Heinrico loco aduocati suscipiente. H. r. t. sunt *Heinricus de Gundingen, Heinricus de Rintpach, Heinricus de Arnowe Ruodegerus de Hithartingen, Albero Cellerarius, Pertoldus de Sconenbrunne, & filius suus Heinricus, Herewicus de Zuogelsheim, Uodalricus Villicus, Engilbertus & Rudolfus de Huodorf, &c.*

Num.

NUM. CXLIX. circa An. 1200.

Memorie fidelium credimus, & contra invaſores Eccleſie ſcriptis ſancimus, qualiter liber homo *Ortolfu de Tegernwanch* una cum uxore ſua *Heilwige* predium empticium, quod in *Agolsheim* iuſte poſſederunt, & dimidiam vineam cum omnibus appendiciis tam cultis quam incultis, per licentiam Domini ſui *Ludwvili* videlicet Ducis *Bawarie* pro remedio anime ſue poteſtative ſuper alt. S. Iohannis Evangeliſte, & S. Felicitatis Ouwe delegaverunt, & a Domino Fritelone ovvenſis Eccleſie prepoſito inbeneficiati eadem die receperunt, hoc modo videlicet, ut quamdiu ipſe & uxor ſua, & unus filiorum ſuorum vivant; ita tamen ſi ante diem mortis non renuntient, ſub iure cenſuali ſervicium tote congregationi plenarie in octava die S. Ioannis Evang. devote perſolvant. Poſt deceſſum autem ipſorum Proviſor prefate Eccleſie quicunque ſit ille, vice illorum ſervicium hoc ſine omni contradictoria annuatim de redditibus eiusdem predii provide diſponat. Facta ſunt in preſentia *Comitis Chunonis* Advocati Eccleſie eo ſuſcipiente ante VI. Kal. Ian. in feſto S. Iohan. Evangel. H. r. t. ſunt *Albero de Touſchirchen*, *Chuonradus*, *Ruodolfus*, *Engilbertus de Tegerwach*, *Hermanus* filius Iudicis, *Walchuonus de Steinchirchen*, *Ekebardus de Walde*, *Hiltprant Latinus*, *Albero de Schalchen*, *Udalrilus de Garze*, *Witegouwe de Preitenouwe*, *Chuonradus* & frater ſuus *Heinricus de Meglingen*, *Heinricus Choſte*, *Altmanus de Talheim*, *Heinricus de Roſſezzen*, *Heinricus de Chochpach*.

NUM. CL. circa An. 1150.

In memoriam modernorum & futurorum ſcriptis revolvimus, quod *Ruodegerus de Megelingen* Camerarius duobus talentis liberam a *Domino ſuo Chuonone Comite* impetrans traditionem, predium ſuum *Phaffenberch* quod viſus eſt habere, conſenſu & rogatu prefati *Comitis* Advocati noſtri per manum Wolfvvini legitimi delegatoris ſui tradidit ad altare S. Felicitatis Ouwe, intervolante

hac pactione, ut ipse quamdiu vivat, dein tres filie ipsius Mathildis & Gisila, denique Wilbirgis fideliter excolant, annuatimque denarios quinque, quia a Preposito eiusdem Ecclesie pro beneficio receperunt, persolvant, postmodum in usum Ecclesie cedat. H. r. t. sunt *Chuono Comes*, Heinr. Iudex, *Chuonr. Ruodegerus de Friheim*, *Hein. de Gundingen*, *Chuonr. de Wiare*, *Hermannus & frater eius Wernhardus*, *Heinricus de Rossezzen*, *Heinricus de Ascowe*, *Albero Cellarius*, *Adelwartus*, *Dietricus* & frater suus Heinricus, Arbo, & alii multi de familia.

NUM. CLI. circa An. 1150.

Item unus Meglingensis, *Ruodegerus* videlicet de *Heimokingen*, propria mancipia sua Wernhardum, sorores ipsius Iudittam & Truotam cum filiis & filiabus suis potestative tradidit super alt. S. Felicit. Ouvve pro remedio anime suę, omniumque parentum suorum novem solidis e converso receptis, ut continuum Ecclesie exhibeant servicium. H. r. t. sunt *Heinricus de Chamere*, *Walchuonus de Steinchirchen*, & servus suus Albertus, *Pruno* de *Essenbach*, *&c.*

NUM. CLII. circa AN. 1150.

Preterea idem Ruodegerus trdidit ad alt. S. Fel. Ouvve propria mancipia sua Mathildam & filium eius Pertoldum ita videlicet, ut post mortem *Wernhardi* & filiorum suorum *Meinhardi & Pertholdi de Leche*, cui ea prius impignoraverau, quinque denarios annuatim solvant, ipsi vero quamdiu vivant, pro eis annis singulis in testimonium huius traditionis duos denarios in festo S. Felicit. reddant, & de omni posteritate usque ad terminum vite sue sic faciant. H. r. t. sunt *Oudalricus de Gibingen*. *Fridericus de Mosen*, *Wernhardus de Leche* & filii ipsius *Meinhardus & Pertholdus*, & alii.

Num.

NUM. CLIII. circa Ar. 1170.

Scriptis commendamus, qualiter *Gebehardus de Tampach* predium ſuum empticium, quod *Hochenberch* iuſte viſus eſt poſſidere, per manum delegatoris ſui *Chuonradi* videlicet de *Meinratingen* iuramento delegatoriam demonſtrans habere ſe poteſtatem, tradidit ſuper alt. S. Fel. Ouvve, pro remedio anime ſue, omniumque parentum ſuorum, & pro beneficio recepit, ita ut quamdiu vivat, XII. denarios in cena Domini ad predictum altare devote offerat, poſt deceſſum vero vite ſue cum omnibus pertinentiis uſui Eccleſie cedat. Huius facti teſtes ſunt Heinricus Iudex, qui loco Advocati ſuſcepit, & filii ſui Hermanus, & Wernhardus, *Chuonradus de Chraidorf*, *Wernherus Mulchint*, *Volcholdus* & fratres ſui *Ruodegerus & Chuonradus de Friheim*, & filii ſui *Heinricus Chuonradus*, *Heinricus de Gundingen*, *Chuonradus de Wiare*, *Albero de Shalchem* &c.

NUM. CLIV. circa AN. 1170.

Abnegatio de Pacto quodam *Aſcowe*, que facta eſt a quatuor fratribus *Regenwardo* videlicet, & Gotſcalco, Gotfrido & Ditmaro in eadem villa manentibus, querimoniam ſuper hoc pactum diu moventibus coram Epiſcopis & aliis Iudicibus, duobus vero talentis acceptis Owenſem Eccleſiam ſicut antea iuſte poſſederat, ita ea poſtmodum quiete habere promiſerunt. Transactis autem paucis diebus quidam cognatorum ipſorum *Gotfridus* nomine ſuperveniens pactum hoc dimidium ad ſe & ad fratrem ſuum *Ditmarum* iuſte pertinere ſucclamat, rogatu autem ipſorum partem denariorum accipiens ſub hac interpoſitione abnegavit, ut ſi frater alter poſtmodum impetat Eccleſiam ipſe reſpondeat, & querimoniam ſedat. H. r. t. ſunt Heinricus Iudex, *Chunradus de Chraidorf*, *Wernherus Mulchint*, *Volcholdus & fratres ſui Chuonradus & Ruodegerus de Friheim*, *Heinricus de Perge*, *Heinr. de Walde*, *Heinr. de Roſſezzen*, *Heinr. de Aſcowe*, *Waltherus de Tobel*, *Walth. de Wiſen*, &c.

NUM. CLV. circa AN. 1180.

Sciat & recogitet nunc & usque in seculum seculi fidelium universitas, quod duo fratres *Pruono* videlicet, & *Waltherus de Chraiburch* vendiderunt predium quoddam *Quontel* fratribus Owensis Ecclesie pro X. talentis, & delegaverunt illud in manus *Wernheri de Ruotenberch*, ut sub delegatoria potestate Owensi Ecclesie transferret, quod & ita factum est, defuncto autem *Salmanno* eodem fratres ipsorum Wernherus & Oudalricus querimoniis suis impetiverunt Ecclesiam, dicentes hereditario iure predium illud sese attingere, sedata est ergo lis illa tribus talentis ipsis traditis, feceruntque abnegationem de predio eodem in castro Chraiburch in presentia Comitum *Rapotonis* & fratris sui *Heinrici* Dominorum suorum hoc ita fieri permittentibus, pactione ista & annexa, ut si quispiam de cognatione aut soror ipsorum, que tunc abnegationi non interfuit, Ecclesiam aliquibus verbis inquietarent, ipsi clamores illorum compescerent, & pro Ecclesia responderent. H. r. t. sunt Heinricus Iudex de Megelingen, qui loco Advocati hoc confirmavit, *Waltherus de Chraiburch*, *& Pruono*, *Otto de Altenpurch*, *Pero de Sigenheim*, *Gebehardus de Puorbach*, *Hecil de Pirenbach*, *Wernherus de Ettenvelden*, *Wernherus de Miterchirchen*, *Sigboto de Schranchpoume*, *Ekebardus de Viwhte*, *Heinricus de Niwenchirchen*, *Ruodegerus de Friheim*, *Hettich de Ietenbach*, *Heinr. de Harschirchen.*

NUM. CLVI. circa AN. 1170.

Preterea miles quidam *Albertus* nomine de *Walthalmingen* tradidit ad alt. S. Felicit. Ouwe propria mancipia sua Ruodbertum videlicet & Ruodolfum pro remedio anime sue omniumque parentum suorum ad censum 5. denariorum, ita ut si tribus annis supersederint, & in quarto non emendaverint, continuum Ecclesie exhibeant servitium. &c.

NUM.

NUM. CLVII. circa AN. 1150.

Noſcant cuncti fideles, quia duo Miniſteriales Eccleſie Ratisponens. *Hainricus* quidem *Chlapſchinger ac Hainricus de Walde*, dum molendinum quoddam in der *Chagene* iuxta wiare ſitum pretio comparaſſent, nec aque ductus ad ipſum niſi per predium noſtrum fieri poſſet, ut aſſenſum in id ipſum devoti daremus, molendinum iam dictum cum omnibus pertinentiis per manum legatarii Eccleſie noſtre tradiderunt tali quidem forma, ut quoad viverent, in perſona propria id poſſiderent, poſt mortem vero illorum in uſum noſtrum cederet. Quo facto Dominus *Hainricus de Walde* ſpeciali amicitia intercedente uſucapionem partis cognati ſui iure poſſeſſionis adeptus eſt. Nos autem quia agri noſtri circumvallati omni parte molendinum illud attingebant, intercapedinem illam continuare cupientes, ne ab incolis loci eiusdem coloni noſtri circumpoſiti aliquando poſſent gravius exaſperari, apud Dominum *Hainricum de Walde* precibus noſtris obtinuimus quod a prefata poſſione vita comite totaliter ſe emancipaverunt, quodque legatarius *Hartwicus videlicet de Lanzingen* tam petitione ipſius quam etiam cognati ſui Chlapſinger monitus, advocato loci preſente legationem prout debuit legitime profecutus eſt. Id vero tali recompenſatione definitum, ut penſiones decime ſubſcripte ſcilicet de Ratenchirchen, de Buzheim, de inferiori Heltenſtein- de Hartingen, de Walde, de molendino Geppenheim annis ſingulis Dominus Hainricus de Walde, quoad vivat, ipſe iure feudi recipiat, eo vero functo omni liberorum ſuorum ac amicorum violentia hac in re ſopita Eccleſia noſtra decimam eandem rehabeat. H. r. t. ſunt Hainricus Iudex & filii eius Heremanus, Hainricus, Wernhardus, *Chuonradus de Friheim e & filius eius Hainricus Ruodegerus frater eius, Hainricus de Gundingen, & frater eius Eberhardus, Chuonradus de Hochenthannen, & frater eius Rafoldus, Hainricus de Rinpach, Gebehardus de Tanpach, Walchus-*

nus de Stainchirchen, Sigehardus, & frater eius Gebehardus de Oyffe, Witegou, Otto de Perge, Eberhardus de Braitenbrunnen, Chuonradus de Wiare, & filius eius Purchardus, Hainricus de Tannen, Hartwicus de Lanzingen, Hiltprandus, Altmannus & frater eius Ruodegerus de Talheim, Hainricus de Walde, Ulricus Garzenſis.

NUM. CLVIII. circa AN. 1160.

Notum ſit cunctis, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, quod *Gebolfus* quidam de *Warmtingen*, & *Willehelmus* filius eius homines Comitis de Megelingen, tradiderunt propriam ancillam ſuam Adelheidim nomine cum liberis ſuis habitis & habendis ſuper alt. S. Felicit. Ouwe ad quinque denarios annuatim ſoluendos. C. r. t. ſunt *Wigolt de Swarzenpach*, *Chuonradns de Arnowe*, *Chunradus de Warmtingen*, *&c.*

NUM. CLIX. circa An. 1160.

Pateat cunctis Chriſti fidelibus, qualiter Salzburgens. quidam *Pertholdus* der *Wihſage* cum conſenſu filii ſui *Hainrici* pro remedio anime ſue ac omnium parentum ſuorum duas mulieres, videlicet Liutcardem & Adelhaidem cum liberis ſuis habitis ac habendis ad annualem cenſum 5. denariorum S. Felicitati Owe tradiderit. H. r. t. ſunt Hainricus Iudex iunior. *Wolcholdus*, Ruodegerus, Udalricus der Weſſelare, *Udalricus de Gibbingen*, *Hainricus de Walde*, *Gebehardus de Euoſten*, & frater eius Sigehardus *Chunradus de Chirchdorf*, *Rudegerus de Aiche*, *&c.*

NUM. CLX. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod magne nobilitatis homo *Marchwart* videlicet & uxor illius nomine *Gepa de Wolfganſperch* per manum cuiusdam liberi nomine *Wernheri nomine de Geppenheim* delegauerunt ſuper altare S. Felicit. in loco qui dicitur Owe, quatuor liberos habitos cum ceteris habitis proprie ancille ſue Heiligen, ipſam vero fecerunt liberam quorum nomina hec

ſunt:

ſunt: Pertolt, Hainrich, Hainrich, Cottelint, Mathilt, pro 5. denariis ſingulis annis ſoluendis. H. r. t. ſunt. *Pernharth de Geppenhaim*, *Egilramus & Lampreht de Aigilshaim*, *Chunrath de Albenshaim*, *Eberhart de Appingen*, *Witegou de Stainchirchen*, *Timo de Riden*, *Egildich de Perge*, *Pertholt de Houdorf*, *Adelphret*, *Merboto de Tambach* Chunone Aduocato & Herbordo Prepoſito ſuſcipientibus.

NUM. CLXI. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod magne nobilitatis homo Marchwart videlicet & uxor eius nomine Gepa de Wolfgangeſperch, delegauerunt omnia propria bona ſua mancipia quia fidele depoſitum in manum cuiusdam liberi viri nomine *Wernheri de Geppinhaim*, hac ratione mediante, ut ipſe ea delegaret, quocunque ipſi poſtularent. Rogatu vero illorum delegauit ea ſuper altare S. Felicit. in loco qui dicitur Owe 5. denariis ſingulis annis ſoluendis, quod ſi forte tribus annis id non dederint, & in quarto non reddiderint, propria ſint eiusdem altaris mancipia cottidiano ſeruitio nuncupata. Inter quos ſi aliqui ſint vel puerili vel ſenili etate impediti, nec poſſint dare cenſum, non ideo in ſeruitutem redigantur. H. r. t. ſunt *Pernharth de Geppenhaim*, *Engelramus & Lampreth de Aigelshaim*, *Chunrat de Aigelsheim*, Eberharth de Appingen, *& omnes alii prius dicti* & alii quam plures de familia Beati Rudberti hec audientes & videntes, Chunone Aduocato, & Herbordo Prepoſito, nomina vero mancipiorum hec ſunt Witat, Mathilt, Engilmar, Pertha.

NUM. CLXII. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis fidelibus, quod Arnoldus quidam miniſterialis Salzburgens. cenſuali quodam S. Felicit. Owe Adlhaide nomine in uxorem ducta, & ex ea liberis procreatis predium quoddam *Cuenperch* pro amore liberorum ſuorum ad alt. S. Felicit. cuius cenſuales ſibi delegauit, hac quidem ratione, ut aduocatus

illius

illius Ecclesie predium idem filiis & nepotibus illorum ita defenderet, ne iniuriam a quoquam illatam reciperent. H. r. t. sunt ipse Aduocatus & Dominus *Heinricus de Perge*, & familia Ecclesie.

NUM. CLXIII. circa AN. 1150.

Uniuersitati tam futurorum quam presentium a fide non discrepantium notificamus, quod nobilis homo quidam *Pertholdus* nomine *de Sconbrunne* VI. mancipia, videlicet Wirbirch cum liberis eiusdem subscriptis Rudiger, Mathilt, Chunrat, Oudalrich, Pertolt, a Rapotone de Ramsoue comparauit eaque super altare S. Felicit. Owe ad censum 5. denariorum delegauit. H. r. t. sunt *Rudiger de Arnoue & filius suus Rudiger*, *Zaizolf de Ramsoue*, *Pilgrim de Locenchirchen*, *Wirnt de Ramsoue*, *Oudalrich de Chumlinspach*, *Oudalrich de Risahe*, *Chunrath de Isanen*, *Rudolf de Friehaim*, *Hainrich de Gundingen*, *Walchun de Rimpach*, *Dietmar de Sconenbrunne*, *Herman de Friehaim*, *Wolfram Marscalcus*, *Herman de Ritenpach*, &c.

NUM. CLXIV. circa AN. 1140.

Notum sit omnibus Christi fidelibus qualiter *Chuno* Aduocatus de Megelingen tradidit quandam ancillam super altare S. Felicitat. in loco qui dicitur Oue pro 5. denaris annuatim soluendis, quod si forte tribus annis non dederit, & in quarto non emendauerit, propria sit eiusdem altaris ad agenda cottidiana seruitia. H. r. t. sunt *Wernherus de Geppenhaim*, *Timo de Rieden*, *Volcholt de Ascoue*, *Herbort*, *Volcholt de Friehaim*, *Engeldich de Perge*, &c.

NUM. CLXV. circa An. 1150.

Nouerint omnes Christi fideles, qualiter quidam Salzpurgensis Ecclesie Ministerialis nomine Ledunc liberum fecit quendam seruum suum nomine Pertholdum, & tradidit eum in manum cuiusdam nobilis viri *Henrici de Geckingen*, ea ratione ut eum delega-

ret,

ret, quocunque ipſe peteret. Petitione ergo ipſius delegauit eum ſuper altare S. Felicit. in loco qui dicitur Oua pro ſ. denariis annuatim reddendis. H. r. t. ſunt *Timo de Rieden*, *Volcholt de Aſcoue*, *Herbort & Volcholt de Frihaim*, *Engeldick de Perge*, *Pertholt de Houdorf*, Pro huius libertatis dono Pertholdus tradidit X. ſolidos Domino *ſuo Ledungo*.

NUM. CLXVI. circa An. 1200.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod Kanonicus quidam de Iſene Waltherus nomine predium quoddam Eccleſie noſtre *Lucelperch* ſitum a nobis in beneficio recepit, talento quidem ad uſum fratrum tali tenore dato, ut quoadulque ipſe viuat, predium predictum cum omni tranquillitate poſſideat, & cenſum ſ. denariorum ſingulis annis in die S. Felicitatis ſoluat. Id vero factum & confirmatum inde eſt per manum Domini Fritelonis, ceteriſque fratribus ſuis conſentientibus & atteſtantibus.

NUM. CLXVII. circa. An. 1160.

Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus, quod fidelium quidam Comitis de Megelingen eubam dimidiam ad *Phaſenperch* ſitam emit pro X. talentis a Domino Walchuno de Stainchirchen, & uxore eius ac etiam ſocru. H. r. t. ſunt Iudex ſenior ac Iunior *Adalpertus de Wilchirchen*, *Eberhardus de Gundingen & fratres eius*, *Chuonradus de Wiare*, *Hainricus de Chamer*, *Chuonradus de Frieheim & fratres eius*. *Walchunus de Steinchirchen & fratres eius*.

NUM. CLXVII. circa An. 1200.

Memorie ſignificamus tam preſencium quam abſencium Dominum Hainricum Iudicem ſeniorem in Megelingen predium ſuum in *Rimpach* ſitum poſt obitum ſuum Wernhardique filii ſui hoc fieri petentis, & tunc in Ieroſolymitanam expeditionem ituri, cui ſpecialiter prefatum predium pro porcione ſubeſſe fuerat aſſignatum, Owenſi Eccleſie pro remedio animarum ſuarum, paren-

tumque suorum per manus *Comitis Chuononis* tradidisse libere possidendum in presencia liberorum suorum *Hermanni & Adelheidis*, a quibus iam dudum abnegacio fuerat peracta. Cuius videlicet Hainrici talis fuit peticio, ut *filio suo Chunradus* dicto in Owe militanti, si fratrem suum *Wernhardum* repatriare non contingeret, reditus predii ad terminum vite sue liceret habere, promissione Pabonis tunc tempore Prepositi eiusdem loci, universique conventus impertita. Quod ne vetustas vel error alicuius lividi infirmaret, presens pagina testesque subscripti sic esse testantur. *Ipse Chuono Comes*, *Grimoldus de Prising*, *Heinricus de Ramsow*, *Chuonradus Iuvenis Gurro*, *Heinricus & frater suus Albertus de Harschirichen*, *Gotfridus de Alhartshaim*, *Hainricus de Tanne*, *Hainricus Iunior Iudex* & filius suus Pernhardus, *Volcholdus & frater suus Chunradus de Fricheim*, *Ruthardus de Ripach*, *Purchardus de Wiara*, Rudigerus de Stainchirchen.

NUM. CLXIX. circa AN. 1204.

Memorie tam presencium quam futurorum inconvulsum relinquimus, quod quedam Matrona nomine Adelheidis ministerialis sancti Ruodberti Salzburgens. predium suum situm in loco qui *Tal* dicitur pro remedio anime patris & matris omniumque parentum suorum ad alt. S. Felicit. Owe potestativa manu delegavit AEpiscopo quidem Salzburg. Eberhardo loci eiusdem advocato in hoc ipsum assentiente & auctoritate sua confirmante. Facta est autem hec traditio tali ratione mediante, ut filius prefate Matrone quoad viveret sub regula Beati Augustini Deo militans in cenobio Owensi permaneret. H. r. t. sunt *Comes Rappoto*, *Dominus Ekkehardus de Tanne*, *Chuonradus de Chalheim*, *Chuonradus de Sneitse*, *Heinricus de Niwnchirchen*, *Heinricus de Harschirchen*, *Heinricus de Tanne*, *Heinricus de Gundingen*, *Heinricus de Giebingen*, *Heinricus de Rimpach*, *Heinricus de Lanzingen*, *Ruothardus de Riepach*, *Gebehardus de Tampach*, *Pernhardus*, *Purchardus*, *Sigehardus de Ebersbiunt*, *Heinricus*

de

de Ramſwe. Heinricus Twerſtein, Volcholdus de Friheim, Heinricus de Arnowe, & alii quam plures.

NUM. CLXX. circa AN. 1290.

Preſcriptam curiam quidam miniſterialis dictus *Fridericus de Tærring* poteſtativa manu inique ſibi uſurpavit dicens, hereditario iure ſibi attinere. Poſtmodum verò in extremis agens, eandem curiam pro remedio ſuo Eccleſie noſtre ſine omni iure advocatico dimidiam tamen ordinavit, reliquam vero partem Eccleſie S. Marie in Garz ſimili modo delegavit, tempore *Eberhardi Prepoſiti, & Heinrici Ducis Bawarie, & Chunradi Prepoſiti Garzzenſis.*

NUM. CLXXI. circa AN. 1240.

Memorie tam preſentium quam futurorum commendamus, quod quidam miniſterialis Salzburgenſis Eccleſie *Liebhardus* nomine de *Nunnenperch* in preſentia & permiſſione uxoris ſue Gerdrudis & abnegatione filii ſui *Leonis & filie ſue Pelagie*, cum ambo eſſent provecte etatis, tradiderunt Owenſi Eccleſie pro remedio anime ſue & omnium parentum eorum prædium in *Sunderhofen*, quod iuſta poſſeſſione in loco illo videbantur habere, tempore illo cum pueri adhuc eſſent ſine liberis. Facta eſt autem hec confirmatio & abnegatio in monaſterio & altari S. Margarete in Poumburch, in preſentia illius Conventus. H. r. t. ſunt *Dominus Chuonradus de Chynberch*, & tres fratres de *Scranchpoum Chuonradus & Aribo & Fridericus*, *Hartmannus de Veteri foro*, de familia Eccleſie Altolfus, Marchwardus Camerarius, Heinricus & Egilolfus, Sivitardus, & Karolus, Ulricus, Dietmarus de Chynperch, Hartliep, Chuonradus Hallenſis, Chuonradus de Ouwe, preſente Domino Hermanno Ouwenſi Canonico loco Capituli hec ibi ſuſcipiente.

NUM. CLXXII. circa AN. 1210.

Abnegatio que facta eſt a filiis & filialibus Domini *Gotſcalci* Swalwen *de Dornpereh* ſuper predio Ouwenſis Eccleſie in

Stegeheim, quod iniuſte impetiverunt, quorum nomina ſunt, *Chuonradus*, *Heinricus*, *Ortolfus*, *Leukardis*, *Iudicta*. Facta eſt autem hec abnegatio in preſentia Comitis *Eberhardi de Dornperch* cum atteſtatione illorum, qui huic facto interfuerunt, quorum nomina ſunt: *Comes Eberhardus*, *Maganus*, *Volpo*, *Gotſcalcus Swalwe*, *Dietricus de Pinna*, *Chuonradus & frater ſuus Heinricus de Chazpach*, *Hartmannus de Hundtsholz*, *Gotſcalcus de Giebingen*, Chuno miles Domini *Vulponis*, *Chuonradus de Plidolfchirchen*, *Starchandus de Muldorf*, Wernhardus Thelonearius, Sigfridus miles de Muldorf, &c.

NUM. CLXXIII. circa AN. 1210.

Cunctis fidelibus ad memoriam reducimus, quod Domina *Leykardis de Megling* per manum Domini ſui Eberhardi AEpiſcopi Salzburg. Eccleſie tradidit predium ſuum *Stegeheim*, quod iuſte poſſedit, Ouwenſi Eccleſie apud locum qui dicitur Garz pro remedio anime ſue & viri ſui *Henrici* Iudicis de Meglingen, qui & prius una cum ipſa eidem Eccleſie donaverat. H. r. t. ſunt *Comes Eberhardus*, Liebardus Iudex, *Heinricus de Tanne*, *Gebehardus de Tampach & filius ſuus Heinricus*, *Heinricus de Giebingen*, *& fratres ſui Heimo & Rudigerus*, *Rudgerus de Steinchirchen*, *Purchardus de Wier*, *Ulricus Grunouge*, *Altmannus de Talheim & cognati* ſui Ulricus & Eberhardus, *Ulricus Camerarius de Toufchirchen*, *Ortolfus de Werd*, *Meingotus de Rubelſtorf*, & alii quam plures, qui huic tradicioni interfuerunt.

NUM. CLXXIV. circa AN. 1268.

Abnegatio que facta eſt a duobus fratribus *Gotfrido & Ulrico de Neuching* ſuper predio Ouwenſis Eccleſie in eadem villa ſito, nulla conditione interpoſita, niſi quod unus eorum, Gotfridus videlicet, pro beneficio iuxta peticionem ſuam recepit a *Prepoſito* eiusdem Eccleſie *Rudolfo* tali etiam pactione mediante, quod ſingulis annis in feſto S. Michahelis ſicut alter Colonus Eccleſie

ſie dimidium talentum denariorum ſolvat, quod ſi ſuperſederit, & in die S. Martini non emendaverit, beneficium illud cum duobus edificiis ſine omni contradictione ipſius & fratris in uſus Eccleſie ad inſtituendum libere cedat. Facta eſt hec abnegatio in Caſtro Megling Burgenſibus preſentibus & aliis qui interfuerunt, qui & huius facti teſtes ſunt, quorum nomina hec ſunt *Hainricus de Tanne & filii ſui*, *Ulricus*, *Heinricus*, *& Sahſo*, *Gebehardus de Tampach*, *& filii ſui Chunradus & Rudigerus*, *Hainricus de Giehing*, *& filii ſui Chuno & Ulricus*, *Rudigerus de Stainchirch*, *Sighardus de Ayſt*, *Burchardus de Wiar*, *Eberhardus de Sivinchirch*, *Eberhardus de Talhaym*, *Chunradus de Sikkigen*, *Wernherus Abenberger*.

NUM. CLXXV.

Item pateat cunctis veritatem amantibus, quod *Chunradus Iunior de Chraidorf* inſtinctu & rogatu *Matris ſue nomine Adelhaidis* tradidit quandam mulierem nomine Diemudem cum liberis habitis & habendis Ouwenſi Eccleſie ad cenſum 5. denar. annuatim perſolvandum. H. r. t. ſunt ipſi Eccleſie Canonici duo Dominus Heinricus, Dominus Chunradus, in quorum manus predictam famulam ſupra dictus C. una cum matre ſua, iure altaris ſecundario delegavit, videntibus hec teſtibus iſtis: *Richardo de Aspach*, *Reinwardo de Huſaren*, *Pertholdo de Chraidorf*, Heinrico Lamp de Chraidorf, Dieterico de *Chraidorf*, Chuonrado villico de Harde, & aliis quam pluribus.

NUM. CLXXVI. circa AN. 1200.

Memorie fidelium credimus & contra Eccleſie invaſores ſcriptis ſancimus, qualiter Nobilis Miniſterialis Ducis Bawarie *Chuonradus Gurro* de Hage predium ſuum *Priſingen*, quod iuſte & quiete poſſedit, cum donatione & manu uxoris ſue *Gertrudis* cum omnibus ad predium pertinentibus cultis & incultis nullo reclamante poteſtative tradiderunt ſuper alt. S. Felicit. Ouvve pro

remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum. Huius donationis t. ſunt *Hainricus de Ramſoue*, *Wilhalmus de Puoch*, *Liebhard de Rute & filius ſuus Otto*, *Pertoldus de Partenecke*, *Chuonradus de Uſenhofen*, *Ulricus de Chamer*, *Ortolfus Werde*, *Gebehardus de Tampach & filius ſuus Heinricus*, *Purchardus de Wiare*, *Ruodegerus de Heimeltingen*, *Ulricus Grunoug*, *Pertoldus de Griezbach*, *Heinricus Scape & filius eius Ernuſtus*, *Marquardus de Chirchtorf*, *Heinricus de Houe*, *Rudegerus de Luzelchirchen*, *Chuono & frater ſuus Ulricus de Giebingen*, *Heinricus Tuocher*, *Heinricus & Chuonradus frater ſuus de Lochen*, *Heinricus*, *Arno & frater ſuus Ulricus*, *Pabo de Yſſenowe*, *Siffridus Chrezzel*.

NUM. CLXXVII. circa 1200.

Sciat omnium Chriſti fidelium uniuerſitas quod *Chunradus Gurro de Hage* Miniſterialis Ducis Bauarie pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum predium quod dicitur *Pachman* legitime poſſeſſum ad altare S. Felicit. in Owe utilitati dominorum ibidem degentium, filio & filiabus ſuis preſentibus, & conſentientibus libere delegauit. Huius r. teſt. ſunt ſubſcripti, Dominus *Hainricus de Ramſove*, Dominus *Sigehardus de Elrichoven*, Dominus *Hainricus de Toring*, Dominus *Wilhalmus de Puoche*, Dominus *Gotfridus de Chazpach*, Dominus *Otto de Sundermaring*, Dominus *Ortolfus de Laimingen*, Dominus *Pertholdus de Uraweuhoven*, Domirus *Marquardus de Hage*, Dominus *Hainricus de Tanne*, Dominus *Gebhardus de Tampach*, Dominus *Hainricus de Rimpach*, Dominus *Ulricus &* Dominus *Sighardus de Auſte*, Dominus *Hainricus de Aigelsaim*, Dominus *Hainricus Gruenouge*, Dominus *Purchardus de Wiare*.

NUM. CLXXVIII. circa An. 1190.

Uniuerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum memorie committimus, quod quedam mulier Wilbirgis nomine predium in *Chirchdorf*, quod ei *Dominus ſuus Chunradus Gurro ſenior* de-

dederat, & quod a nobis emerat antea, proprietati & omni iuri renuntians per abnegationem factam Owenſi Eccleſie reddidit, & pro beneficio recepit: pactione tali interpoſita, quod annuatim ſ. denarios & de locis attinentibus ſoluat, ſi autem tres annos ſuperſederit, & in quarto non emendauerit, beneficium amittat, & poſt mortem ipſius nec heredi, nec alicui amicorum conferre valeat, ſed in uſus predicte Eccleſie ſine contradictione cedat. H. r. t. ſunt *Heinricus de Tanne*, *Heinricus de Giebingen*, *Rudgerus de Steinchirchen*, *Sigehardus de Aiſte*, *Gebhardus de Tampach*, *Purchardus de Wiere*, *Chuonradus de Winden*, *Pabo de Isenkowe*, *Heinrich Tucher*, *Rudolfus*, Mulchart, Heinricus, Scoepo, *Pertolt de Newelingen*, & frater ſuus *Wernhardus*, *Ekkehardus*, *Cherezel*, *Heinricus Pelz*, Heinricus & frater ſuus Chunradus de Loher, Ulricus de Riſech, Heinricus Zeilolf, facta eſt traditio & abnegatio hec in preſentia & confirmatione Domine ſue *Gertrudis de Hage* coram Eccleſia & plebe in Chirchdorf.

NUM. CLXXIX. circa AN. 1200.

Sciat & recogitet eiusdem Eccleſie uniuerſitas, quod Chuonradus de Hallepruge libere tradidit ſe ſuper altare S. Felicit. ut annuatim ad cenſum perſoluat ſ. denarios, huius cauſe teſtes ſunt *Chuonradus de Tampach*, Chunradus Altisheimer, Hainricus Arnawer, Wernhardus Cellerarius, & alii quam plures.

NUM. CLXXX. circa AN. 1270.

Veritatis amatoribus ſcriptis intimamus, & eorum memorie fideliter ſeruandum committimus, qualiter Ruodolfus Ouwenſis Capituli quondam Prepoſitus, XII. talenta Ratiſponenſis monete, que a parentibus ſuis ita receperat, quod predium emeret, & Ouwenſi Eccleſie pro ſalute animarum ſuarum conferret: petitionem vero Domini Chuonradi prefate Eccleſie Prepoſiti & totius conuentus conſilio inſtructuus easdem libras ipſis pro predio

in

in loco *Raizingem* cum omnibus ſuis pertinentiis, omnibus benigne annuentibus dedit, & ſtatim per manus eorum ſancto Iohanni & S. Marie, & S. Bartholomeo, ſancteque Felicitati poteſtatiue tradidit tali conditione adhibita, ut in octaua Aſſumptionis S. Marie duo ſeruitia videlicet noctu & mane communiter perſoluantur, atque in honorem S. Iohannis, ſancte Felicitatis & omnium ſanctorum ſingulis noctibus & in celebrationibus Miſſarum S. Iohannis Eccleſia illuminetur, & in elymoſinam pauperum X mete minoris menſure fideliter diſpenſentur. Hec omnia ſecundum quod annorum fertilitas permiſerit, debent inuiolabiliter obſeruari, & a modernis, & ab his qui ſunt futuri. Traditio autem illius predii ita facta eſt, videlicet, quod Chuonradus prefate Eccleſie Prepoſitus poſt abnegationem ſuam & donationem totius conuentus dictum manſum illi Eccleſie & ſanctis libere contulit & poteſtatiue, hac confirmatione ſuperaddita, quod ius inſtitutionis, ac deſtitutionis in nullius dicte Eccleſie prouiſoris umquam cedat poteſtatem, ſed in procuratione totius congregationis perpetualiter ſit perdurans, & unus de numero fratrum eligatur, qui eis predicta fideliter ſit diſpenſans. Si autem ille quoque oblata in ſui ſolius utilitatem conuertere voluerit, alteri commendetur. Preterea confirmatum eſt, quod predictus manſus per venditionem aut impignorationem, ullaue cogente neceſſitate ab Eccleſia non alienetur, & eodem die Miſſarum ebdomadarius priorem Miſſam pro defunctis non negligat celebrare. Et quicumque iſta obſeruare noluerit Deo omnipotenti & ſanctis eius in die ultimi iudicii reſpondeat, & diuine ultioni ſubiaceat. Huius facti teſtes ſunt Dominus Prepoſitus, Dominus Ulricus, Dominus Heinricus, Dominus *Heinricus de Giebingen*. *&c.*

NUM. CLXXXI. circa AN. 1230.

Inſtabiles ſunt actus hominum, quibus voces teſtium, aut litere non prebuerint fundamentum. Nouerint ergo cuncti tam preſen-

ſentes quam futuri, qualiter *Lioukardis*, que latina dicebatur, quandam mulierem nomine Richkardem ſuper altare S. Felicit. ad cenſum 5. denariorum annuatim perſoluendorum cum pueris ſuis habitis & habendis, prefatum etiam cenſum perſoluentibus, libere delegauit. Et ne vetuſtas aut error alicuius liuidi hoc infirmaret, ſubſcripti teſtes ſic eſſe conteſtantur. *Comes Eberhardus*, *Liebardus Iudex*, *Gebehardus de Tampach*, *Heinricus de Giebingen*, *Ruodigerus de Steinchirchen*, *Purchardus de Wier*, *Uolricus de* Gruonoge, & alii quam plures qui huic traditioni interfuerunt.

NUM. CLXXXII. circa AN. 1230.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus: quod quidam *Rudbertus de Kitting* VI. mancipia Hainricum, Ottonem, Dietricum, Werenhardum, Adlhaidem, Diemodem ſancte Felicitati Ouwe ad cenſ. 5. denar. annuat. perſolvendum tradidit: inſuper ſextam partem de duobus prediolis *Hitting* ſitis eidem Eccleſie pro remedio anime ſue & dampnis illatis in extremis ſuis delegavit. H. r. t. ſunt *Siboto nobilis de Sibotsdorf*, *Liebardus de Tegerwane*, *Er. de Tærring*, *Ludewicus de Ratenperg*, Welvilo Iudex de Kiburch, *Hainr. de Reinpoltshaim*, *Chunradus de Albensheim*, & alii quam plures.

NUM. CLXXXIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam dictus Albertus Lapicida de Hofferſteten pro remiſſione peccatorum ſuorum, & ſuorum parentum quoddam predium valentem IIII. libras vendidit pro X. ſolidis tali pactione appoſita, quod cum vitam vite huius finierit, infra tres raſtas per plauſtrum cenobii Eccleſie preſentis & honorifice ſepeliatur, & orationibus, & communione Fratrum coadunetur. H. r. t. ſunt Chunradus de Schvvercenbach, Iudex Wernherus de Reoſeſtat, Magiſter Wernherus, Chunradus de Halmsheim, Chuno gener ſuus, *Chunradus de Tiſtelperge* &c.

NUM. CLXXXIV. AN. 1258.

Felix est literarum vivacitas, que remota detractionis invidia & sublata oblivionis calumpnia, directe factorum seriem continendo representat facta memorie commendanda. Hinc est, quod ego *Wilbirgis de Talbach* singulorum Christi fidelium, ad quos presens scriptum peruenerit notitiis commendo quod predium *Mempling* iure proprietario mihi adtinens eodem iure cum omnibus suis pertinentiis, silvis, pascuis sive pratis, quesitis & inquirendis tradidi Ecclesie Avvensi in remedium anime mee, & omnium predecessorum meorum perpetuo possidendum. Et ne talis donatio per racionabiliter, ac bona facta in valetudine a me vel aliquibus hoc forte adtemptantibus nunc aut imposterum valeat revocari, presentem scedulam Avvensis, & Mospurgensis Ecclesiarum sigillorum postulavi testimonio roborari. Sunt autem testes, qui tali interfuere donationi, Ulricus Decanus, Mathias scolasticus, Rugerus Elevvinensis, Albertus scriba, Eridicus Custos, Ortvvinus, Hartmanus, Magister Chunradus de Tampach Canonci Mospurgenses, Rugerus plebanus de Retenchirchen &c. Actum in Mosburch anno Domini MCCLVIII. vigilia Thome, Hi sunt redditus illius predii, tertium manipulum, porcum valentem XL. sol. L. ova II. anseres IV. pullos in natali Domini Xenium unum.

NUM. CLXXXV. circa An. 1250.

Memorie posterorum & presentium commendamus, quod quidam ministerialis Ecclesie Salzburgensis dictus *Eberhardus de Eberhartinge* iunior quandam curiam suam, que iure proprietatis iusto titulo possederat, pro remedio patris sui *Eberhardi* & matris & uxoris sue, & anime sue, dictam Chunratingen Ecclesie Ovvensi in subsidium Canonicorum ibidem Domino servientium legavit. H. r. t. sunt Purchardus Plebanus de Altenmildorf & fratres sui Ulricus & Hainricus Saxo, & Chuno de Chiembigne, *Rudegerus de Tanpach, Liedger de Sconprunn &c.*

Num.

NUM. CLXXXVI. circa An. 1259.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris hoc ſcriptum intuentibus, quod *Hainricus de Giebingen* in extremis agens quoddam predium *Vanten* dictum preſentibus & conſentientibus patre ſuo Domino Chunone, & fratribus, Conrado Plebano de Sontheim & Saxone, ad altare ſancte Marie in Ouwe ad profectum luminis pro remedio anime ſue donavit. H. r. t. ſunt Purchardus Plebanus de Altenmildorf & fratres ſui Heinricus & Saxo, *& Heinricus filius Domini Ulrici de Tane, Chargel, Lieder, Walchuonus de Rindingen, &c.*

NUM. CLXXXVII. circa An. 1250.

Noverint omnes Chriſti fideles preſentem paginam intuentes, quod *Eberhardus & Chunradus, Liebhardus, Heinricus fratres de Ratenperge* dicti, quandam ancillam dictam Dienſout ad alt. S. Marie in Ouwe communiter tradiderunt, ea videlicet conditione, ut predicta femina IIII. denarios Ratisponens. vel VI. Salzpurgenſes ad predictum alt. dare debeat annuatim. H. r. t. ſunt Eberhardus, Fridericus, Heinricus, Starchandus, Ulricus, Siboto, Ortwinus Canonici, &c.

NUM. CLXXXVIII. An. 1305.

Chunradus Dei gracia ſancte Salzburg. Eccleſie AEpiſcopus ap. ſed. leg. Wernhero Prepoſito in Probſtampt, ac cellerario ſuo in Amphingen graciam ſuam. Volumus ac mandamus vobis ſub obtentu gracie noſtre, precipiendo diſtincte, quatenus Prepoſitum de Ouwe in predio ſuo quod habet Eccleſia ſua in Oeſchaim nullatenus moleſtetis, nec de prediis eiusdem Eccleſie incultis, que dicto Prepoſito & Conventui ſuo non deſerviunt, quicquam exigere, ſeu recipere, ſicut graciam noſtram diligitis, pro iure noſtro advocaticio debeatis. Datum Salzpurg. VI. Kal. Maii Anno Domini MCCCV.

NUM. CLXXXIX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus, quod quedam femina nomine Iuditta de Reute uxor Heinrici Tauwerſtein, pro remedio anime ſue & omnium predeceſſorum ſuorum pratum quoddam tradidit, ad predium Eccleſie Ouvenſis quod vocatur *Tampach*, & iſtud pratum ſitum eſt apud ripam Tanpach in Campo ſuperiori. &c.

NUM. CXC.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Ouwenſis Eccleſia in Parrochia Ditfurten circa predium Mitterchircharii quod vocatur *Piſchoffeſperg* plures habet homines cenſuales, quorum predeceſſores cum eſſent liberi, ſe ob remedium animarum ſuarum ſuper alt. S. Felicitatis ad cenſum 5. denariorum voluntarie mancipantes tradiderunt. Unde licet paucorum nomina ſunt hic ſcripta, Chunradus cum uxore ſua Alheide & vitricus frater eiusdem Adelheidis, & tres pueri Chuonradi. Item Chuonradus & Wichardus cum uxore ſua Rechiza & pueris ſuis, & ſoror Wichardi Alheit, & Chunegunt filia Adelheit, & mulier quedam nomine Chunegunt, & filia eiusdem nomine Williburch, quidam tamen eorum ſunt in Parrochia Taufnchirchen, item Mater Chunradi Gertrudis, & filie eius Mathilt, Dimuot, & Gerdrudis.

NUM. CXCI. AN. 1300.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod Cunradus de *Zugelesheim* & *Mathkildis* ſoror eius & Demuodis filia ſororis eius convenit ad altare S. Feli. in Ovve ad cenſum V. denar. rat.

NUM. CXCII. circa AN. 1300.

Noverint omnes Chriſti fideles, hanc literam legentes vel audientes, quod Dominus *Fridericus de Taring* homines quosdam, videlicet Mechtildem uxorem Ulrici Dode cum pueris ſuis ſcilicet Chunradus, Albertus, Ulricus, Hainricus, Prunhilt, Chrimhilt,

hilt, Cecilia, Dimuodis, Alhaidis, donavit S. Felicitati Augens. Eccleſie ad cenſum V. denariorum. H. r. t. teſtes ſunt Dominus *Hainricus de Taufchirchen*, *Watchunus de Rinding*, *Chunradus de Entvelden &c.*

NUM. CXCIII. circa AN. 1300.

Nouerint omnes in Chriſto credentes, qued quidam nobilis homo *Heinricus de Leublanſtorf* ſuum proprium famulum Hainricum Teuthaimer in remedium anime ſue, ac etiam pro XIV. ſolidis denariorum Salzburgenſium quos idem famulus ſuus perſoluit, ut ſe liberaret ab eo, tradidit & reſignauit ſuper altare S. Felicit. in Owe ad cenſum 5. denariorum Salzpurgenſium eidem Owenſi Eccleſie annuatim perſoluendum. H. r. t. ſunt Dominus Ruodegerus Plebanus de Taufchirchen, *Hainricus de Dornach*, *&c.*

NUM. CXCIV. circa AN. 1300.

Nouerint omnes in Chriſto credentes, quod quedam nobilis femina nomine Iuditta mancipium unum nomine Iudittam rradidit ad altare S. Felicit. ad cenſum quinque denariorum pro remedio anime ſue & mariti ſuo Engelberti de Lueg. H. r. t. ſunt Waltherus Plebanus in Gruental, *Hainricus de Lueg*, *Hainricus de Dornach*, *Chunradus de Walteshaim*, *Gebhardus de Chunheim*, *&c.*

NUM. CXCV. circa Ar. 1300.

Ad rei memoriam ſempiternam, quecumque bona ad profectum Eccleſie ſunt & erunt, generationi que ventura eſt mandentur, ne per exortam obliuionis caliginem euaneſcant. Nos igitur Ortwinus permiſſione diuina Prepoſitus, Eberhardus ſenior, totuſque conuentus Owenſis Eccleſie, notum facimus Chriſti fidelibus per hec ſcripta, quod nos de communicato inter nos conſilio pietatis Domino Ruodegero Plebano de Taufchirchen conceſſimus precipue propter Deum deinde propter meritum ſuum, plenam participationem confraternitatis, & omnium bonorum,

que per nos & noſtros ſucceſſores perpetuo in Eccleſia noſtra fiunt ipſe vero viciſſim ſpiritu contritionis ſibi diuinitus inſpirato XV. talent. denar. Ratiſponens. dedit nobis, ut congruenti tempore omni feria quinta noctes, veſperas, completorium, matutinas, & in ſequenti ſexta feria miſſam & omnes horas Canonicas debeamus de S. Felicit. ſolempniter & antiphonam *dum fabricator*, & *O Admirabile* in finem ſeculi decantare quibus finitis in prandio potus vini cuilibet domino dabitur illa die. Item antiphonam *hec eſt dies*, optauit omni Dominica decantandam. Item XV. tal. Salzburg. ab eo recepimus, pro ſecundo ferculo dominis ſingulis noctibus miniſtrando. Item duas candelas ad S. Felicit. veſperas de ſacrario incendendas, & quatuor ad ipſius exſequias, & totidem ad anniuerſarium, & progenitorum ſuorum memoriam in die S. Urbani ſolempniter celebrandum, pro tribus talentis Ratiſponenſ. nobis exhibitis comparauit, extunc quilibet Dominus potu vini, uno ferculo, & dimidia ſimilia perfruetur in veſpere & in mane Domino Prepoſito largiter & beneuole miniſtrante, vel pro obmiſſione & negligentia predictorum diuine ſubiaceat ultioni.

NUM. CXCVI. An. 1291.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod *Cholhohus & Fridericus filii Cholhohi de Waldenperg* tres perſonas, videlicet quendam virum nomine Alberonem, & ſororem ſuam nomine Stephnei, nec non natam eiusdem femine nomine Dimudem ad altare S. Felicit. ad cenſum 5. denariorum pro remedio animarum ſuarum Patris ac matris, omniumque predeceſſorum ſuorum liberaliter legauerunt. H. r. t. ſunt Venerab. Owenſis Eccleſie Prepoſitus Ortwinus, Eberhardus, Starchandus, Hainricus, Waltherus, Hainricus Sacerdotes & Canonici, *Magenſo Rautarius*, *Ch. Rautarius*, & alii quam plures, illic ſtantes. Acta ſunt Incarnationis anno M. CC. XCI. in inuentione ſancte Crucis Indictione IV.

NUM.

NUM. CXCVII. circa AN. 1250.

Ut geſta hominum maneant firmiora, utilitatis eſt eadem roborari teſtimonio literarum. Memorie inquam cunctorum preſentem paginam intuentium committimus retinendum, quod *Chunradus de Riepach* & uxor eius Herlouch apud Owens. Eccleſiam adhibito pio & unanimi conſenſu venerab. prepoſiti *Chunradi* tunc exiſtentis ac confratrum ſuorum, predium quoddam *Steinpach* rebus ſuis obtinuerunt tali tenore, ut de prouentibus eiusdem predii ad altare S. Felicit. lumen fideliter amminiſtrent, idemque relinquant fraternitati de prefati predii emolumento perpetuo faciendum, nec aliud quicquam de ipſo predio quacumque neceſſitate ſurrepente aliquatenus ordinandum, etenim ut factum huiusmodi maneat inconuulſum, ad eius ſtabilitatis augmentum, ſigillum Eccleſie litere preſenti eſt appenſum feliciter Amen.

NUM. CXCVIII. An. 1260.

Nos igitur Heinricus Dei gratia Prepoſitus Augienſis totusque Conuentus ibidem, notificamus omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis, quod quidam ſacerdos nomine Hainricus de Hohenpurch quoddam predium Tampach dictum ab Eccleſia noſtra multo tempore obligationis titulo alienatum, pro IV. talentis Ratiſpon. denariorum redemit, noſque ad inſtantiam petitionis eiusdem Heinrici predium ante dictum de communi Dominorum & fratrum noſtrorum conſilio & conſenſu tradidimus ad cuſtodiam Eccleſie noſtre, taliter ut de emolumento eiusdem predii lumen ardens nocte dieque coram alt. S. Felicit. indeficiens habeatur. Inſuper inſtituendi vel deſtituendi predium ſepe dictum nemo nec cuſtos ſibi vendicet poteſtatem. Et ut hec omnia maneant inconuulſa, preſentem ſcedulam teſtes Eberhardus Plebanus, Fridericus, Hainricus, Starchandus, Ulricus Presbiteri, Siboto, Ortwinus, & ceteri quam plurimi &c. acta ſunt hec anno Domini M. CC. LX.

NUM.

NUM. CXCIX. AN. 1267.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, hanc ſcedulam intuentibus, quod nos Eberhardus Dei gratia Eccleſie Ouwenſis electus in Prepoſitum, totusque conuentus ibidem decimam noſtram in Miterngarze, & ex una tantum euba retro Eccleſiam ibidem ſita communiter legauimus ad altare S. Marie Magdalene in baſilica Monaſterii noſtri conſtructum, taliter ut de emolumento eiusdem decime lumen predicto altari miniſtretur. Et ne huiusmodi &c. Anno incarnat. M. CC. LXVII.

NUM. CC. AN. 1297.

Cunctis preſens ſcriptum intuentibus innoteſcat, quod nos Ortwinus Dei gratia Prepoſitus, totusque Conuentus Eccleſie Owenſis Chunigundi vidue *Chunradi de Iſen*, unanimi conſilio & fauore contulimus Hiubam noſtram in *Chunhaym* iure precario feliciter poſſidendam, ita quod in eodem predio, quamdiu vixerit, nullam habeamus inſtiruendi vel deſtituendi poteſtatem, ſteuras etiam & ſeruicia maiora & minora ab ea ſuo tempore nullatenus repetemus, ſane quia ob huiusmodi contractus gratiam LX. Ratiſpon. Conuentui, & tres libras Ratiſpon. conuentui, & tres libras Ratiſponenſes Eccleſie neceſſitatibus erogauit, preſentes ei damus ſigillo Eccleſie generali, ac noſtro ſpeciali roboratas, ſui iuris in teſtimonium euidens & cautelam. Actum & datum Anno gratie Milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, Octaua Idus Martii.

NUM. CCI. circa AN. 1310.

Sollicitudinis noſtre ſtudium circa diuerſa, que noſtris incumbunt humeris agenda diſtrahitur, & iuxta officii noſtri debitum ad ſingula noſtre diffundimus conſiderationis intuitum, ſed circa bona alienata ab Eccleſia plenam de ipſorum ſolutione ſolertiam cogitamus. Nos igitur Wernherus Dei gratia prepoſitus Awenſis Eccleſie totusque Conuentus ibidem conſtare volu-

mus huius voluminis inſpectoribus univerſis, quod nos de communi conſilio & conſenſu redemimus de Sibotone filio Ekkevvini tres domos decimales in villa Mitterngarze ſitas pro VIII. talentis Ratiſpon. & una libra Monacenſi, & pro uno modio ſiliginis.

NUM. CCII. An. 1310.

Nos Wernherus Dei gracia Prepoſitus Avvenſis Eccleſie conſtare volumus per hec ſcripta Chriſti fidelibus univerſis, nos in prefentia honeſtorum Officialium Domini noſtri . . . . Archiepiſcopi Salzburg. videlicet Ottonis decimatoris, Chuonradi Generatoris, Dieterici Celarii, & Chuonradi Magenſoni, molendinum noſtre Eccleſie dictum *Hinwil*, Ulrico molendinatori locaſſe cum ſuis adtinentiis poſſidendum, inhabitandum, colendum, & feliciter perfruendum, ſecundum generalem conſuetudinem locandorum; per biennium tali pacto, quod transacto biennio ab omni iure, quod de noſtra locatione in dicto molendino ſibi competit ſit elapſus, & quod omnes obventiones rationabiliter poſtulandas medio tempore integraliter nobis ſolvet. Et ut premiſſa fideliter exequatur ſubſcriptos fideiuſſores nobis in ſolidum obligavit, videlicet Chunradum ſcolarem de Cheufring, *Ulricum de Wolfhalming*, *Wernherum de Solorn*, *Walchuonum de Eſchpach*, *& fratrem Walcuoni Wernhardum*. Actum anno Domini MCCCX. in craſtino Chunegundis virginis.

NUM. CCIII. An. 1313.

Noverint omnes in Chriſto credentes, quatenus quidam nobilis Ulricus dictus Unchover tradidit proprium ſervum ſuum nomine Perchtoldum Eccleſie Augienſi ſuper alt. S. Felicit. pro V. denariis annuatim in feſto ſeptem Fratrum perſolvendis. H. r. t. ſunt Wernherus Prepoſitus eiusdem Eccleſie, unacum confratribus ſuis, videlicet Hainrico Cuſtode, Fridrico Plebano, Walthero Taupechover, Ortvvino, Ruperto, Hainrico Scherginger,

Ingramus de Schenprun, Hainricus dispensator, Chunradus Claviger, Chunradus dispensator, Hainricus Oculus, Hainricus sartor Ortvvinus Smucho, Fridricus Rasor, & alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini MCCCXIII. in crastino S. Gall. Similiter quidam nobilis nomine *Ratenperger* tradidit servum suum Hainricum nomine ad alt. S. Felicitatis in Ovv, & fratribus ibidem ministrantibus, pro remedio anime sue. Huius rei testes sunt Dominus Wernherus Prepositus Ovvensis cum ceteris Canonicis, & alii quam plures. Acta sunt anno Domini MCCCXIII.

NUM. CCIV.

Subnotata Iura, que dicuntur vulgo *Brucht* habemus in Hoschirchen, & Herrantsperg, & in Madechlapfen in prediis nostris. Item in Herrantsperg due Heube in recessu coloni unum bovem vel III solidos Ratisp. & III porcos, quibus serviat ad tertium annum, & quelibet heuba XXVIII. mette avene pro semine. Item madeclaphen in dem anger eadem solvit iura. Item in Hoschirchen quilibet mansus in recessu coloni LXIV. denarios Ratispon. & anseres cum pullis, bovem & porcos, & avenam, ut supra in Herrantspach.

NUM. CCV.

He sunt decime nostre: In Chunheim, in villa Widenpach dividitur decima in tres cumulos, ex duobus cumulis recipimus quartam partem. In Achsenpach, in Freydheim in curia & duobus feodis, & in Frisenhaim in curia & feode & toto. Ibidem in Chunhaim in quatuor possessionibus preter curiam Hartingerii qui est *Pezzehend* in obern Helftersheim in quinque possessionibus hoc est per totam villam. In Pachham in duabus Heubis, in Meyerberch duabus Heubis &c.

Num.

NUM. CCVI. An. 1287.

Supra dictus vero *Chuno* (*de Giebingen*) cum consensu *filii sui Saxonis* & uxoris eiusdem dicte *Gisile* adhuc viventium curiam suam *Leuphinge* cultam & incultam ob remedium anime sue, omniumque progenitorum, atque liberorum suorum sine iure advocaticio sicut in privilegiis suis correctius habemus, Ecclesie nostre libere testatus est: interposito tamen tali pacto, ut ad altare S. Marie omni die Sabbati celebretur missa in honorem B. Marie, & quicunque sacerdotum eandem missam celebraverit, accipiet duos denarios Ratisponens. vel potum latini vini de manu Prelati, item in festo S. Ioannis ante portam latinam missa publica solempniter decantetur, & missa nihilominus pro defunctis ad sanctam Crucem formaliter fiat, & ideo sacerdotes quotquot exstiterint in predicto solempnio, pane albo, vel denario uno & dimidio, & quartali latini vini cum statuta prebenda perpetuo congaudebunt. Idem in remedium & animarum premissarum consolacionem Dominus Prepositus exhibebit de Curia privata: item in octava Purificacionis & annunciacionis beate virginis, albus panis & potus latini vini similiter ministretur, item omni septimana missa pro defunctis similiter celebretur, & anniversarius eiusdem Chunonis, & filii sui Saxonis, omniumque parentum suorum, in die S. Ioannis ante port. lat. per omnia sicut unius Prelati annuatim Oue peragatur.

NUM. CCVII. circa An. 1287.

Filii qui nascentur & exurgent, enarrent filiis suis, qualiter quidam magne nobilitatis homo dictus *Chuno de Giebingen* adhuc vivens cum omni parentela sua fraternitatem atque sepulturam in Ecclesia nostra petens predia, que iure proprietatis habere visus est, S. Felic. totique conventui sine omni iure advocaticio libere tradidit. Predium quoque quoddam dictum in *Prun* singulariter pro se legavit, aliud vero predium dictum in *Fonten* ob me-

moriam *Hainrici filii* ſui; tertium dictum Dornenmuel in ſubſidium uxoris ſue dicte *Giſile* ſimili modo ordinavit.

NUM. CCIX.

Simili modo quidam dictus Ulricus Diaconus poſtmodum Canonicus Eccleſie S. Zenonis in Hollis, predium quod iure proprietatis habebat in *Haigerloch*, Eccleſie noſtre tradidit tali pacto, ut Feſtum translationis S. Thome per omnia ſicut unius Apoſtoli celebretur, & eadem die delicatum ferculum cum menſura latini vini a Prelato miniſtretur. Eodem modo quidam miniſterialis dictus Hainricus de *Taufchirchen* quoddam predium ſitum in Haigerloch ad lumen Eccleſie Owenſis libere delegavit.

NUM. CCX. AN. 1299.

Zwer diſſen prief höret leſen, der wizze fürwar, das wür der Probſt Ortwein von Owe mit gemainem rat und willen unſers Conventes haben verlihen Wernharten dem Honen, und ſeiner Hausvrawen Diemuten, und ir baider Sunn Chuonraten unſer Hueb ze Aug ze Leipgeding an ir tod; alſo daz ſi dem Voit, dem Byſchof von Saltzpurch, alle ſein voderung an Chriech järlich geben, und die weil Wernhart ſelb lebt, ſo nimet unſer Gotzhaus weder Stuver noch Dienſt. Ob in aber ſein vorgenante Hausvrawen, und ſein Sun Chuonrat überlebent, di ſollen järlich nach ſeinem tod vierczich Pfening Regnſpurger ze dienſt geben an Chriech, und den an dem dritten Iar zwanzich Pfening Regnſpurger ze Stuver. Si ſullen auch ſo getane recht gein nieman verchumbern an unſer Haut und Willen. Es iſt auch unſer Gotzhaus alles chriegen von in ledich. So geben vvir in diſen prief ze urkunden verſigelt mit unſer Gotzhaws Inſigel, und mit unſerm Inſigel, der Sach ſein vvir der Probſt Ortwin Zeich, und die Chorherrn alle Herrn Hainrich der Cuſter, H. Walther, H. Ulrich

Ulrich von Giebnſtatt. H. Hainr. von Scheriging, H. Magnes, H. Ott, H. Ulreich von Tampech, H. Gebolf, H. Ortwin, Eyſenrich der Chellner, Maiſter Hainr. Chunr. ſein Sun, Wernhart ſein aidem, Chunrat der alt Pforſtmeiſter, Hainrich der Phyſtermaiſter, Hainrich der Schaffner, Pauls ſein aidem, und ander Biderleut. Der prief iſt geben an ſand Urbanstag, do tauſent Iar und an ein Iar drey hundert von Chriſts Geburt woren.

NUM. CCXI. AN. 1314.

Ich Heinrich Smit von Chrayburch mit ſampt allen mein Erben, vergich offenbar an diſem prief, meinem Herrn Probſt Dietreich von Avve, und ſeinem Gotzhaus, daz ich mich verricht han mit dem vorgenanten Gotzhaus um den Chrieg, den ich han gehabt umb das guet das *Oed*, ſol ich und nach mir meinen Khind von dem vorgenanten gut geben ze dienſt alle Iar dreizich Pfening Regenſpurger, und auch allen Iar in die Stift gen ſant Andre, die des Gotzhaus leut mit unſer erung, als vvir peſt muegen gehaben, und ſol auch das vorgen. Gotzhaus des Chrieges, daraus den vorgenanten Guet gebeſen iſt, fürbas ungelte ſein gein andern leuten, daruber der verrichtigung ſtet, alz ſein prief ſeyd. Hr. Walther von Taufchirchen hengt im und ſein Erben an ſchaden, ſein Inſigel zu einem urchund an den prief, und ſint bey der verrichtigung gevveſen Herr Ortvvein Chorherr von Avve, und *Herr Ortw. von Uberlacher, und H. Heinr. von Lueg, und H. Chunr. von Eyzing, und Albrecht von Aycher, und Rueprecht Wernbach, und H. Vebrecher, und Chunr. Chamerer von Awe, und Chunr. Schæffer von Appach*, und ander erber Leut, und iſt daz geſchehen, da von Chriſtes Gepurt vvaren dreyzehen hundert Iar darnach in dem vierzehenten Iar an dem vierten Tag vor Michahelis.

NUM. CCXII. circa AN. 1240.

Eberhardus Dei gracia Salzpurgenſis Eccleſie Archiepiſcopus A. S. L. omnibus hanc cartam intuentibus ſalutem in Domi-

no. Notum facimus universis, quod proprietatem unius mansi apud Otzhaym Monasterio confirmamus Ovvensi, quem videlicet mansum Dominus *H. de Byching* a nobis antea iure tenuit feodali. In huius rei testimonium evidens Sigillo nostro presentem facientes cartulam sigillari.

NUM. CCXIII. An. 1313.

Wir Wernher von Gots Gnaden Probst Datz Auvv, tuon Chunt allen di den prief lesent und lesen hörnt, datz vvir lazzen haben Chuonraten ab Persting unsers Gozhaus Urbor an dem Hoseltperch fünf Iar an dienst; da zugeben vvir im ain Schaf Chorns hintz hervst, und schuhln im auch schirmen gein dem Vogt, als vil vvir mogen an unsers Gotzhaus schaden, des sint Pirgen Chuonrat ab dem Persting, und Chunrat ab Hoselperg, und ist geschehen, da von Christs Purt vvorn dreycehen hundert Iar, in dem dreycehenten danach an sant Ruoprechts Tag als er erstorben vvas.

EXPLICIT CODEX TRADITIONUM.

Diplo-

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

NUM. I. An. 1068.

Ego *Hartwigius Auenſis Eccleſie Dei gratia prepoſitus atque* Archipresbiter notum facio omnibus Chriſti fidelibus qualiter quidam nobilis vir nomine *Waltherus* conſtituit unum diem quatuor propriis mancipiis ſuis: Iſinperth, Pecila, Traſo atque gnanewip vocatis ad ſuum legitimum diem, ea ſcilicet ratione, ut in his tribus continuis diebus, id eſt in ſexta feria & in Sabbato atque in dominica die iure perpetuo habeant libertatem eundi, manendi, ubi velint, ac propriis utilitatibus conſulendi, prout queant, ac velint: & ita in preſentia & conſenſu ac conſilio atque manu heredum ſuorum, nomine *Richer*, atque *Mahtfried* pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum eadem mancipia cum agris & pratis ad hoc diſpoſitis, cum paſcuis circa arriolum equis inibi Deo militantium interim paſcendis cum divina peragantur officia, cum exitibus & reditibus ac cum omni lege, qua poſſidebat poteſtativa manu delegavit ad altare ſancti Valentini in loco, qui dicitur Petinheim ea videlicet conditione, ut in uſum *Toufchirchenſis* parrochiani penitus cedant. Sic tamen, ſi in ſingulis vigiliis, ſeu ieiuniis atque in feſtivitatibus cunctis, & in ſecundo vel ſaltem in tertio die dominico & in una quaque ebdomada ter miſſam ob honorem Dei pro redemptione animarum, quarum corpora eo loci tumulata requieſcunt celebrare voluerit. Si autem in una ebdomata de ſuper memoratis quicquam omiſerit, & in proxima adimplere ſategerit, utilitatem ſupradictorum bonorum non minus ex debito habebit. Sin vero ſervitium Dei, ut prelibatum eſt, idem ſacerdos negligens exiſtat facere, aut patrare, pari modo deſiſtat ex omnibus ad idem altare pertinentibus in ſuum ius vel quicquam temerare. Nam ſi in progenie eorundem dominorum iam prenomina-

minatorum aliquis fuerit presbiter, qui eodem ordine voluerit inibi ministrare Deo, & sanctis, quorum reliquie in illa ecclesia continentur, omnia ad illa pertinentia ei rite debentur. Quod si servitus Christi nec tali modo prefectum ad id loci habere patuerit, tunc demum sancti spiritus instinctu potenti manu decrevit, ut mancipia eidem altari tradita, cum omni eorum posteritate, servilis conditionis iugum absque omnium in Christi consortio commorantium retractatione excutiant, & pro redemptione anime sue suorumque Parentum de cuiusvis serviminis molestia lege perpetua omnibus modis liberati utilitatem eiusdem altaris cum agris & pratis sine omnium Christi fidelium contradictione in proprium iure perpetuo possideant. Sic tamen, ut in singulis annis tam ipsi, quam omnis eorum posteritas quinque numos in precio cere ad illuminationem aut lignorum ad eiusdem basilice constructionem solvant. Verum tamen postquam filii iam adulti censum designatum dare matureſcant, parentes quippe ab huiusmodi datione, violentia omnium christianorum seclusa, mox quieſcant, ac preces indefessas pro eis ad dominum semper fundant; ex quorum pietate tam immensam gratiam habeant. Quod si quis liber clericus sive laicus, quod absit, invidie veneno suffusus, avaritie facibus accensus, stimulis satane agitatus, mente vesana non respiciens ad vindictam, que eum ab omnipotente consecutura est, nisus fuerit hanc legem, inspiratione sancti spiritus potestative manus autoritate stabili tenore statutam, infringere, aut deteriorare, sive adnihilare, vel quolibet modo impugnare, adhereat lingua eius faucibus suis, ne loquatur mendacium, veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio. Obscurentur oculi eius, ne videat & deorsum effundat dominus super eum furorem suum. Fiat habitatio eius deserta, cum iudicatur exeat contempnatus & pro eo, quod non est recordatus facere misericordiam hiatu terre ceu Dathan & Abyron viuus degluciatur. Cum Iuda, cum Pilato

lato in profundum abyſſi dimergatur, ut cum ſuis conſimilibus penas luat ſempiternas. Ut lex iſta ſtabilis & inconuulſe firma permaneat & rata, his teſtibus eſt corroborata. Ulrich, Acil, Tiemo, Altman, & filius eius Wergant, Marchwart, Wecil, Rudolf, Engilwan, Adelperht, Zagile, Grimhart, Altman, Macil, Ainhart, Pranchot, Nanzo, Dieppo, Riphuni, Richer, Hecel, Mahtfrit. Hi nobiles viri Gerolt, Diepolt, Adelun, Gnanno, Engil, Ecel, Antrich, Enolt, Frumehere, Wihcman, Dietmar, Mengoz, Waſegrim, Wecil, hi Viri Domus Dei & alii quam plures. Hec facta ſunt anno ab Incarnatione Domini M. LX. octauo, tempore Hildiprandi Pape, Gebehardi Archi-Epiſcopi, Heinrici regis, Welfonis Ducis, Engilberti comitis, *Chunonis Aduocati*, Adlwini parochiani feliciter, Amen.

NUM. II. Concambium inter Conradum Archi Epiſcopum Salisburgenſem & Heribordum prepoſitum Auenſem. AN. 1126.

Factum eſt concambium inter Conradum ArchiEpiſcopum Salisburgenſem Apoſtolice ſedis legatum & Heribordum Prepoſitum Owenſem ..... Huius rei teſtes ſunt *Heinricus de Hegle*, *Ludwicus*, *Durinck de Dietramingen*, *Wiſſentus de Bunge*, *Hartnitus de Vlingen*, *Starchar & frater eius de Berge*, *Conrad Egelolf*, *Wolchold de Aſchoue*, *Heribord de Friheim*, *Reginbord de Santenheim*, *Eppo de Hunenheim*, *Cuno de Snaize*, *Berthold de Bershaim*, *Bernoldus de Mettenheim*.

NUM. III. Donatio ſyluæ Garzenvvald per Conradum Archi Epiſcopum Salisburgenſem. AN. 1131.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis: Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris Chriſti fidelibus, quod ego Dei gratia Salisburgenſis Eccleſie Archi Epiſcopus pro remedio anime mee, meorumque anteceſſorum nec non omnium fidelium defunctorum, tertiam partem ſylue que vocatur Garzenvvald ſuper

altare S. Felicit. Hovve in ſeruitium Dei omnipotentis & ſubſidium fratrum communem vitam ibi ducentium delegaui & teſtibus delegationem corroboraui. Huius autem delegationis teſtes ſunt: *Engilbertus Marchio* (Iſtrie) *Volcmarius de Reitenhaim*, *Time de Holzhuſen*, *Ditmar de Willichirchen*, *Heinrichus frater eius*, *Chuonradus de Sechirchin*, *Heinrich de Chalentheime*, *Meingoz de Sureberch*. Facta eſt hec traditio anno Dominice Incarnationis M. C. XXXI. preſidente Romane ſedi Innocentio anno 1, & 6. tertii Lotharii Regis Anno. Indict. IX.

NUM. IV. Conradus Archi Epiſcopus Salisburgenſis tradit Monaſterio in Au decimas in Wang. circa AN. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris quod Venerabilis Salisburgenſis Eccleſie Archi Epiſcopus Conradus tradidit in locum qui dicitur *Oue* in ſtipendium fratrum ibidem communiter degentium duas partes decimarum in Eccleſia que dicitur *Wang*, ſcilicet in villa Heivvas, nimirum unum manſum Sichert; unam Heubam Erthaim, Seuvvam unam: manſum etiam Grub, Heuvvam unam Salisvvinckel, unam Seuvvam auf der Oden: Item in Eccleſia Byrchingen, tradidit illis ſimiliter duas partes decimarum: ſcilicet in Reicherſpurch, Chronperg, Gazzen, quod ita factum eſt. Huius rei teſtes ſunt: *Marchio Engelbertus*, (Iſtrie) *Heinrich de Sechirchin*, *Heinrich de Hegelin*, *Meingoz de Surperch*, Lothvvin de Salzpurg. *Cunone* Aduocato, Herborto Prepoſito ſuſcipientibus.

N. V. Eberardus Archiepiſcop. Salisb. donat Eccleſie Augienſi curtem apud Chuneheim. An. 1147.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Eberhardus per gratiam divinam ſancte Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus: Quoniam teſte ſcriptura executio boni operis exhibitio eſt karitatis nos qui auctore Domino per adminiſtrationem Epiſcopalis Officii

officii, omnibus omnia effici debemur primordium conſecrationis noſtre opere miſericordie redimere maluimus, ut ab ore Chriſti cum beatis memoriam conſequi mereamur. Proinde noverit multitudo Chriſtianitatis quod Curtem quandam apud Chunhaim que fuerat in beneficio *Wolframmi de Dorenberc*, receptam ab eo propter vicinitatem fratrum noſtrorum de Ovve rogatu dilecti eorum prepoſiti venerabilis *Herebordi* beate Felicitati ad prenominatum monaſterium in ſpe recompenſationis celeſtium munerum tradidimus. Quod ut ratum fieret nec ab aliqua perſona labefactare aut corrumpi poſſet, isdem venerandus Prepoſitus, cum conniventia ſuorum ſubditorum; manui noſtre curtem quam poſſederat in loco qui dicitur Solern tradidit quam ſupra dictus Comes a nobis ſuſcepit. Ut autem actio iſta facta ex conſenſu tam Clericorum quam miniſterialium corroboraretur, nullaque impulſione ſeu oblivione ſubnervaretur, preſentem paginam ex hoc fecimus conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione communiri. Huius rei teſtes ſunt Romanus Gurcenſis Epiſc. Heinricus Prepoſitus Salzburg. Hugo Prepoſitus Bertersgad. Heinricus Abbas Salzburg. Hugo Prepoſitus Garzenſis Rodbertus Capellan. cum ceteris canonicis maioris Eccleſie. *Marchio Engilbertus de Kreiburc. Comes Liutoldus de Blein: Comes Engilbertus qui dicitur Hallgrave* a). *Wolfram de Dorenbere, Heinricus de Hegeln Luitoldus de Siestorf, Luibwinus de Emphingen, Wolframmus de Offenwanc Wolframmus de Herpholdersheim Starchan & fratres eius Conradus, Otto, Hermich de Ozelingen, Ekkehart de Montigil, Engildeo de Berge, Volcholt de Aſchowe, Rudeger de Wilchirchen, Dietmarus de Durenberg, Bernoldus de Metinheim, Reginward de Sandenheim, Heinricus Choph, Heinricus de Cholbarn Liutwinus Caſtellanus.* Actum Salzburg anno ab incarn. Domini MCXLVII. Indict. XI. IIII. Maii X. anno Conradi Regis, I. anno Eberhardi Archiepiſcopi.

a) Comes Engelbertus qui dicitur *Hallgraf.* Vix alibi distertius invenias monumentum Præfecti rei salinariæ. Engelberti nostri, Hallenses Comites, ut plurimum veniunt nomine Præsidis itemque Præfecti hallensis, sæpiuscule Comitis hallensis. Rarissimum erat encomium Chunradi Hallgravii de Wazzerburc in diplomate Friderici I. An. 1170. cœnobio Cremisanensi dato ap. Sim. Rettenbacher Ann. Cremisan lib. II. cap. 13. pag. 177. Ex hoc autem quod modo recitavimus monumento certissimum est: Engelbertum fuisse Comitem: nomineque characteristico *Hallgrav* vocari consuevisse. Egregie sane, ad adstruendam præfectorum rei salinariæ jurisdictionem. Cæterum analogum Hallgraviis apud Saxones est officium Salzgraviorum: de quo conf. Dreyhaupt vom Saalcrais Tom. I. Ludwig Gel. anzeigen pag. I. n. 93. p. 284. von dem Salzgrafthum der Statt Halle.

N. VI. Donatio salinæ in Hall per Eberhardum Archiepiscopum Salisburgensem An. 1156.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Ego Eberhardus Salisburgensis Archiepiscopus dilecto filio Lothario Preposito, eiusque successoribus &c. ..... insuper tertiam partem in Halla, de beneficio cuiusdam civis hallensis Heinrici in loco qui Undecimalis dicitur, Ecclesie uestre pontificali nostra largitione donauimus, eius videlicet aque tertiam partem cuius duas partes nihilominus Ecclesie beati Sixti in Chyemsee dedimus .... Facta est solennis aque donatio anno Incarn. Domini MCLVI. Indict. IV. regnante Domino Friderico Romanor. Imperatore glorioso anno Regni IV. Imp. II. testes *Diepholdus filius Volhardi Comitis de Lechsgemunde, Gerhardus de Morenpiunt, Conradus de Perg, Volmar de Hegelen, Conrad de Herrantesperg, Gotefridus de Truttersdorf, & filius eius Heinricus, & Volcholdus, Engildie de Weldengen, Ruggerus Prantile de Bebersdorf.* Secundo autem superius dicta donatio facta est An. MCLVIII. Indict. VI. anno Regni Domini Friderici Imperatoris primi VI. testes *Conradus de Pergh, Lutoldus de Siestorf, Carolus Pincerna de Mandelschirchen, Marcardus Dapifer de Illingen,* & filii sororis eius, Markardus, Rudgerus Otto de Malglingen.

NUM.

N. VII. Allexander III. P. M. confirmat jura & privilegia Eccleſiæ Augenſis 1177.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Lutherio Prepoſito Eccleſie ſancte Felicitatis Ovvenſis eiusque Fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine vere cultu Religionis nec Karitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervicium, expedit nobis religioſas Perſonas diligere, & eorum quieti & utilitati auxiliante Domino in poſterum providere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Predeceſſoris noſtri felicis memorie Adriani PP. veſtigiis inherentes Eccleſiam veſtram, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Dominum, & beati Auguſtini regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur; Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis proſperante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam de Arnavve, Eccleſiam de Richersheim, Eccleſiam de Rietpach, Eccleſiam de Garze, Eccleſiam de Holzhuſen, Eccleſiam de Pirchenwanch, Eccleſiam de Purten cum omni iure & pertinentiis earum: ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſticia matricis Eccleſie. Statuimus inſuper, ut in Eccleſiis veſtris, in quibus fratres vitam Canonicam profeſſi fuerunt, nullī

omnino poſt factam canonicam profeſſionem exinde liceat ſine communis Congregationis permiſſione, niſi obtentu artioris Religionis diſcedere; diſcedentem vero ſine communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere: ſi vero poſt ſecundam commonitionem & tertiam redire contempſerit, liceat eiusdem loci Prepoſito canonicam in eum proferre ſententiam. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Prepoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & beati Auguſtini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed hec omnia integra & illibata ſeruentur eorumque pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura: ſalva nimirum ſedis Apoſtolice auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi Canonica iuſticia. Si que igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temere temptauerit, ſecundo terciove commonita. niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo Corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Dat. Ferrar. ad III. Kal. Mai. Ind. X. Incarn. Dn. Anno MCLXXVII. Pontif. Dn. Alex. PP. III. Anno XVIII.

Num.

N. VIII. PP. Celeſtinus III. confirmat permutationem cum Capitulo Ratisbonenſi factam. Anno 1196.

Celeſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Prepoſito & Capitulo Augenſis Eccleſie ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum, & vota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, permutationem poſſeſſionis *Bocharn*, quam cum venerabili fratre noſtro C. Epiſcopo, & dilectis filiis Canonicis Ratisponens. contraxiſtis, ſicut rationabiliter, & ſine qualibet pravitate facta eſt, & ex utraque parte recepta, & eiusdem Epiſcopi autentico continetur, vobis & per vos Eccleſie veſtre auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, & auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani XV. Kalend. Martii Pontificatus noſtri an. quinto.

NUM. IX. An. 1204.

Sententia Eberhardi AEpiſc. Salisburg. qua litem inter Garzenſem & Augienſem Præpoſitos ſuper Capella Purtten vertentem A. 1204. diremit: vid. in diplomatar. Garzenſi miſcello. N. VI. p. 66.

N. X. Adelhaydis de Eppan Comitiſſa de Meglingen donat Augienſibus curiam in Meiſa. circa An. 1210. b)

Omnium recognoſcat futurorum pia memoria quod Cometiſſa de Meglingen Domina Alhaydis, una cum filio ſuo Chuonone Curiam in Meiſa hereditario iure habitam Owenſi Eccleſie ac fratribus inibi Deo famulantibus pro remedio anime ſue poteſtative tradiderunt: quod & Comes Egeno de Eppan iam dicte Cometiſſe frater & filius eius Udalricus & Gotfridus cum matre

ipſo-

ipſorum Domina Irmgarde aſſenſum ſuum huic facto prebente confirmarunt. Robur quoque Sigilli preſentis appenſione ac teſtium ſubſcriptione donationi ſue addiderunt, ab eccleſia in curia prefata advocati conſtituti. Nomina teſtium hec ſunt: *Udalricus de Grunsperch* & homo ſuus Cotpote. *Heinricus de Moricht*, *Ortolfus & frater ſuus Udalricus de Ulten*, *Wolfherus de Altenperch*, *& cognatus eius Udalricus*, *Rudpertus de Emphingen Chunradus de Owe.*

b) Vid. præfationem monum. aug. pag. 124. & cartam ſeq. XI.

Num. XI. Confirmatio donationis Curiæ in Meiſa per Comites de Eppan. circa An. 1210.

Hec eſt abnegatio que facta eſt in Ylten a Comitibus Uodalrico & fratre ſuo Gotfrido & ſorore ipſorum Sophya, annuente etiam Matre ipſorum Irmgarde, ſuper Curia in Maiſe, quam Adelheidis Cometiſſa in Megelingen, & frater eius Egeno de Altenperch Ouwenſi Eccleſie pro remedio animarum ſuarum poteſtative tradiderunt. Eſt & hec abnegatio preſenti ſcripto in preſentia Miniſterialium Comitum predictorum & teſtimonio ipſorum confirmata. Quorum teſtium nomina hec ſunt: *Werenbertus de Arx*, *Wolherus de Altenperch*, *Ortolfus de Uolten*, *Arnoldus de Griez*, *Udalricus Chirihar*, *Chuonradus Swap*, *Chuonradus Camerarius*, *Udalricus frater Domini Ortolfi*, *Uodalricus Bawarus*, *Udalricus de Gruonſperch*, *Heinricus de Morrit*, *Uodalricus frater Domini Wolfheri*, *Ruodolfus de Mulſe.* Data eſt hec Karta abnegationis in *Uolten* Idibus Martii temporibus Innocentii PP. & Domini Friderici Tridentine Eccl. Epiſc., datis etiam a fratribus Ouwenſis Eccl. decem talentis ad roborationem totius facti donationis videlicet & abnegationis.

Appendet Sigillum Rudolphi de Mulſe quod damus Tab. III. n. 13.

N. XII. Incorporatio Parochiæ Amphingen Eccleſiæ Augienſi facta per Eberhardum AEpiſc. Salisburgens. 1220.

Eberhardus Dei gratia Salisburgenſis Archiepiſcopus &c. Huius donationis teſtes ſunt: Conradus Ratisbonenſis Epiſcopus Rud-

Rudgerus Chyemenſ. Epiſc. *Ulricus de Werte*, *Bernhardus de Judenpruck* Canon. Eccleſie Salzeburgens. *Eberhardus Comes de Dornperch*, *albero nobilis de Walheim*, *Cunradus de Chalheim Dapifer*, *Liebhardus de Tambach*, *Heinricus de Gielingen*, *Sigehardus de Eusle*, *Burkardus de Wuehr*, *& alii quam* plures. Acta ſunt hec anno D. Incarn. MCCXX. Indict. VIII. datum apud Gars.

N. XIII. Eberhardus Archiepiſc. Salzburg. eximit Parochialem Eccleſiam in Au a Iurisdictione Archidiaconatus Garzenſis. 1229.

In nomine ſancte & individue trinitatis Eberhardus Dei gratia Salisburgenſis Aepiſc. Apoſtol. ſedis Legatus in perpetuam memoriam. Ad oblivionis que ex temporis diuturni ſucceſſu ſubrepit malum tollendum, ſolertia antiquorum adminiculum invenit. Proinde præſenti ſcripto notum facimus uniuerſis, quod nos volentes graciam facere Augienſi Eccleſie ad inſtanciam dilectorum in Chriſto fratrum noſtrorum Domini Conradi tunc prepoſiti Augienſis & Capituli eius, Eccleſiam Parochialem in qua ſitum eſt dictum monaſterium & Clauſtrum, de conſenſu Capituli noſtri eximus a Iurisdictione Archidiaconatus Garſenſis; ita quidem quod Eccleſie relique parochiales quas habet predictum Capitulum, quas inofficiare etiam mandauimus per Clericos ſeculares, videlicet Aſchoue & Richersheim Iurisdictioni Archidiaconatus predicti nihilominus ſint ſubiecte ac Sacerdotes in eis Eccleſiis ordinati, ei qui pro tempore fuerit Archidiaconus in Garſe in omnibus iuribus ſuis debitam exhibeant reverentiam & honorem. Ut autem hec predicta nulla poſſint impoſterum calumpnia impugnari preſentem paginam ſuper hoc confectam Sigillo noſtro conceſſimus inſigniri. Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXVIIII. Indictum. II.

Num. XIV. Conradus Gurro Dominus de Hag donat Augienſibus duas curtes in Pabensheym. circa 1230.

Quoniam ut dicit Phyloſophus cuncta trahit ſecum vertitque volubile tempus, nec patitur certa currere queque via: Ob hanc igitur cauſam fragilitas humane nature .... ergit ut geſta veternorum per ſcripta ſive alia teſtimonia penes modernos certificentur. Qui ergo habet aures audiendi audiat & qui habet mentem intelligendi preſenti ſcripto intelligat, licet dum adhuc ordirer ſucciſus ſim, tamen ego Chunradus Curro in extremis laborans pro remedio anime mee & omnium predeceſſorum meorum duas curtes, unam in Pabenhaym alteram in Sur cum conſenſu omnium heredum meorum ad Awenſem Eccleſiam ordinavi hac conditione interpoſita ut venerabilis C . . . ejusdem Eccleſie prepoſitus debitam c) .... Sepulturam tantummodo pro vinculo excommunicationis. Ne vero huiusmodi facta in poſterum poſſint immutari ſub teſtimonio tam ſigilli tam etiam teſtium ſubſequentium hec duximus corroborare. Nomina teſtium ſunt. Mater mea & Dominus Gotſchalcus & filius eius Dominus Otto & . . . wicus & Dominus Geyſſe. Hi teſtes ſunt de Widensperch, de Hage, Loharius Iudex, Dominus Erneſtus, Chuonradus Scolarir, Eyferreich, Eberhard & alii quam plures.

Appendet Sigillum, quod Tabula II. n. 4. damus.

c) Hiatus trium quatuorve vocabul.

Num. XV. Eberhardus Archiepiſcopus Salisburgenſis donat Augienſibus Irmgardin quandam ad cenſum annualem. A. 1245.

Ordinatum feliciter, & prudenti conſilio teſtamentum immobile perſeverat, literis ſi fuerit, & teſtimonio multorum confirmatum. Sciant itaque preſentes ac poſteri, quod venerabilis Dominus E. Salzpurgenſ. Eccleſie Archiepiſcopus ad petitionem Domini C. Prepoſiti Ouwenſis Eccleſie Mergardim Beate felicitati contulit ad cenſum annualem V. denar. quem cum rationabiliter

biliter ſuis privilegiis Eccleſie confirmaſſet Ouwenſi, communi conſilio Prepoſiti C. ac Dominorum decretum eſt, ut ipſa M. Wernhardo tali conditione copularetur legitime, ut cum ſuis pueris cunctisque ab eo deſcendentibus, annuali cenſu ſoluto nullatenus in aliquo amplius infeſtari debeant vel arctari, & ne que contradictoria poſſit in poſterum ſuboriri, privilegium ſuper hoc eſt couceſſum, ſigillo Eccleſie ac ſigillo Prepoſiti roboratum. Datum anno Domini MCCXLV.

Num. XVI. Fundatio ex prædio in Lampach. 1260.

Quecunque geruntur in tempore, ne labantur cum temporibus, litterarum teſtimonio perhennantur. Nos igitur H. Dei gratia Prepoſitus Augenſis totusque Conventus ibidem, Notificamus omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis, quod quidam ſacerdos nomine Heinricus de Hohenpurch, quoddam predium Tampach dictum ab Eccleſia noſtra multo tempore obligationis titulo alienatum, pro quatuor talentis Ratiſpon. denariorum redemit, nosque ad inſtantiam peticionis eiusdem H. predium antedictum de communi Dominorum & Confratrum noſtrorum conſilio & conſenſu tradidimus ad cuſtodiam Eccleſie noſtre taliter, ut de emolumento eiusdem predii lumen ardens nocte dieque coram altari ſancte Felicitatis indeficiens habeatur, Inſuper inſtituendi vel deſtituendi predium ſepedictum nemo niſi cuſtos ſibi vendicet poteſtatem. Et ut hec omnia maneant inconvulſa, preſentem cedulam duximus noſtri ſigilli munimine roborandam. Acta ſunt autem hec Anno Domini, MCCLX.

Num. XVII. Eberhardus Præpoſitus Augienſis diſponit de decimis in Mitterngarz. An. 1267.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus hanc cedulam intuentibus, quod nos Eberhardus Dei gracia Eccleſie Owenſis electus in Præpoſitum, totusque conventus ibidem decimam noſtram in mit-

tern Garzze, ex una tantum Ouba retro Eccleſiam ibidem ſita, communiter legavimus ad Altare ſancte Marie Magdalene in Baſilica Monaſterii noſtri conſtructum, totaliter, ut de emolumento eiusdem decime lumen pro dicto Altari miniſtretur. Et ne huiusmodi donatio a noſtris ſucceſſoribus retractetur, preſentem paginam in firmamentum huius facti conſcriptam duximus teſtibus, & ſigillis noſtris roborandam &c. Factum eſt Anno Incarnat. Domini MCCLXVII. feliciter Amen.

NUM. XVIII. Mainardus III. Comes Tirolenſis eximit Augienſes a preſtatione Telonei. AN. 1282.

Nos Minhardus Tirol. & Goric. Comes, Aquilegiens. Trident. ac Brixinens. Eccleſiarum Aduocatus, omnibus in perpetuum ſalutem. Cum petitiones iuſte ac ſalubres ſint ab omnibus admittende, notum facimus tam preſentibus quam futuris, quod nos ob remedium anime noſtre & noſtrorum liberorum, Augienſi Monaſterio prope Megling in Bowar ſito ob honorem & reuerentiam beate Felicitatis ibidem Matrone, ad procurationem viri venerabilis Domini Eberhardi eiusdem Monaſterii Prepoſiti conceſſimus, & concedimus vinum ipſius, quod ſingulis annis habere poteſt ipſum Monaſterium de curia ſua apud attaſim in Mays ſita, per ſingula & uniuerſa Teloneorum noſtrorum loca ſine omnis Telonei exactione & vexatione qualibet ammota in perpetuum annis ſingulis libere deducendum. In huius rei & indulti certiſſimam firmitatem preſens inſtrumentum ipſi Monaſterio dari iuſſimus noſtri ſigilli caractere conſignatum. Actum apud predictum Augienſe Monaſterium anno Domini M. CC. LXXXII. primo intrante Septembris indictione decima.

N. XIX. Ludovicus Severus Dux Baioariæ eximit Auenſem Eccleſiam a præſtatione telonei in Ratenperg. 1280.

Nos Ludovicus D. g. Comes Palatinus Reni Dux Bawarie notum facimus preſencium inſpectoribus univerſis, quod ob reverena-

verentiam Dei & anime noſtre remedium Prepoſito & Eccleſie in Aw concedimus, ut ſingulis annis apud Ratenperg unam *Struem* cum vino & caſeis quantum portare poterit, transvehant ſine qualibet exactione telonei & impedimentis aliis quibuscunque, ita tamen quod nuncius cum eadem Strue procedens iuramento ſuo probet ipſum vinum & caſeos reſpicere Eccleſiam & prepoſitum ante dictum. Precipimus etiam Teloniario noſtro ibidem, quicunque pro tempore fuerit, ut huiusmodi graciam noſtram & conceſſionem infringere aliqualiter non preſumat. In cuius conceſſionis & gracie teſtimonium memorato prepoſito & Eccleſie preſentem litteram dedimus noſtri Sigilli robore communitam. Datum Wazzerburg anno Domini MCCLXXX. III. Non. April.

N. XX. Conradus de Giebingen donat Eccleſiæ Auenſi curiam in Leuphingen. An. 1287.

Conſtare volo univerſaliter ſingulis, & ſingulariter univerſis, quod ego Chuono de Giebingen adhuc vivens Deo dante comparaui remedium animabus patris & matris mee, *uxorisque Gifile* defunctorum, nec non *filii Saxonis*, eiusdemque *uxoris Gifile* adhuc viuencium, & mei licet pauperis omniumque parentum meorum poſt laborioſum huius vite curſum teſtando Curiam meam in Leuphingen S. Felicitate in Ouwe cultam & incultam perpetuo inibi poſſidendam, verum tamen ſub hac forma, ut idem filius meus eandem manuteneat quamdiu vixerit ſuper terram, & ſi heredes habuerit, revocandi gaudebit plenaria poteſtate, interpoſito tali pacto: ut ad altare S. Marie omni die Sabbati celebretur Miſſa in honorem eiusdem Virginis Matris Dei, & quicunque ſacerdotum eandem celebraverit Miſſam, accipiet duos denarios Ratispon. & quartale dimidium latini vini Domino Prepoſito porrigente. Item in feſto S. Iohannis Miſſa publica ſolempniter de ipſo Apoſtolo ante Portam latinam mediante Choro ſcolarium decanetur, & Miſſa nihilominus pro defunctis ad ſanctam Crucem tonaliter fiat, &

ut ſacerdotes quotquot extiterint, ſero & mane in memorato S. Iohannis Evangeliſte ſollempnio ſinguli pane albo, denar. Ratispon. & dimid. quartale vini latini perpetuo congaudebunr cum ſtatuta prebenda. Item in remedium animarum premiſſarum conſolacionem predictam Dominus Prepoſitus exhibebit de Curia prefata in octava purificationis beate Virginis cum pane & vino ſimiliter ut predixi cum prebenda ſtatuta, item in octava annunciationis pactum ſimile conſervetur, item omni ſeptimana Miſſa pro defunctis una in memoriam fidelium prefatorum ſimiliter celebretur, & dies obitus mei & Saxonis filii, omniumque Parentum licet quando moriar, peragatur in die S. Iohannis Evangeliſte ante portem latinam, & ſi Saxo filius meus moriatur in remotis terrarum ſpatiis, ad terram nativitatis reportetur Owenſi Eccleſie, Garzenſi Monaſterio ſuffragante, unius libre Ratispon. tantum pretio. Item due filie Dimoudis & Giſila, filii mei ſepedicti Saxonis ipſo donante & conſentiente, ad predictum Owenſe cenobium ratione & iure mancipii devolventur, ſi idem Saxo ſicut dixi ſine pueris & heredibus moriatur. Occaſione autem Doni ſollempniter per nos facti, ſumus recepti una cum uxoribus & predeceſſoribus noſtris omnibus & ſingulis, quorum debitores exiſtimus, in confraternitatem & oraciones Dominorum & ſororum, cuius rei gracia duo *viltiati calcei*, quamdiu vixerimus, in ſecundo anno alteri noſtrum dentur. Ut autem hec omnia inviolabiliter conſerventur, formari feci preſentem cedulam ad preces ſepe ſati filii mei Saxonis & uxorum noſtrarum, ut apparet per Sigilla perſonalia, que confecta ſunt preſente Domino Eberhardo venerabili Prepoſito, mediantibus eiusdem Eccleſie Canonicis viris Ydoneis utique ac diſcretis, *Starch.* videlicet, *Hainrico de Hohenberch, H. de Amphingen, laicis, nepote meo Chunrado de Schalhſtorf*, qui noſtro concordans deſiderio eidem predio renunciavit, *Rugero de Sprittash, Hainrico, & Sifrido fratribus de Dannen, Chunrado*

de

de Lantzingen, *Andrea de Werde*, *Hainr. de Schenprunne*. Acta ſunt hec anno Domini M. CC. LXXXVII. V. Kalend. Ianuar.

d) Calcei viltiati, Filzſchuh, calcei ex impilia confecti: Symbolum receptionis in confraternitatem ſacram.

NUM. XXI. An. 1290.

Hermann, *Gebold*, *Albert*, *Margareta*, *Benedicta & Urſula de Spritach* donant *Prepoſito Ortwino* & Conuentui fratrum in Ovve predium Brandſtet pro anniuerſario perpetuo. anno M. CC. XC. in Vigilia S. Nicolai.

NUM. XXII. Concordia cum Hartmanno Spritacher pro predio Spritach. An. 1291.

Ortvvinus Dei gratia Prepoſitus Eccleſie Avvenſis, & Heugerus eadem gratia Prepoſitus & Archidiaconus Garzenſis Eccleſie, totuſque Conuentus ibidem, omnibus preſentes literas inſpecturis ſalutem in filio Dei vivi. Ea que geruntur, ſeu fiunt preuia ratione, ne proceſſu temporis in recidiue contentionis ſcrupulum relabantur, conuenit, ut teſtium ſubſcriptionibus, & literarum teſtimonio fulciantur. Eapropter notum fieri volumus uniuerſis tam poſteris quam modernis, quod *Hartmannus de Sprithach, & Diemodis* uxor ſua cum heredibus ſuis genitis & naſcendis coram nobis & aliis viris prouidis & honeſtis renuntiauerunt libere omni iuri, quod eis in predio ſuo in ſpritach ex ſucceſſione hereditaria, ſeu titulo proprietatis competere videbatur, quod quidem predium *Rudigerus de Spritach* apud perſonas iam dictas absque cuiuslibet impedimenti obſtaculo in noſtra preſentia comparauit. In cuius rei euidentiam & cautelam preſentes literas ſcribi, & appenſione ſigillorum noſtrorum fecimus roborari. *Ch. Tampech*, *Ratoldus Tampech*, *Ch. Reuter*, *Mageſo frater ſuus*. *Ch. Reuter*, *Ulricus Reuter*, *Hainr. de Thorpach*. Acta ſunt hec anno Domini M. CC. XCI. VI. Idus Februarii.

NUM.

NUM. XXIII. Fundatio obellariæ. AN. 1298.

Cunctis presens scriptum intuentibus innotescat, quod Dominus Gerwicus Plebanus in Amphingen decem libras Ratisb. denariorum Domino Eberhardo quondam Owensis Ecclesie Preposito, pro comparando predio ad obellariam Canonicorum assignauit veraciter. Act. & Dat. anno gratie M. CC. XC. octauo in die b. Viti martiris.

NUM. XXIV. Rugerus & Marchardus Taufkircheri reconciliantur Preposito Augiensi. An. 1298.

Ich *Ruger* und *Marchart* des *Herren Rugers Sun* von *Taufkirchen* vergehen an diesen Prief, daz wir uns genczlich verebeat und verricht habent umbe alle die Ansprach und daz Geld das uns daz Gotzhus von Ow gelten sullt als verre daz wir nit mer hinten den Probst noch hinten den Convent, noch hinten dem Goteshaus ze sprechen haben: nur daz wir in gern dinen swallen, swa si unser Dienst bedurffen, und ist die ebening geschen nach Rat unser Vroun von Guet Rat, und unsers Herren *von Taufkirchen* des Herren *Walters* und ander Frunde Rat: des gebn wir in diz Prief, verspart und bewert mit unser Vraun Insiegel von Gut Rat und unser Herren von Taufkirchen der vorgenant &c. daz ist geschen Anno Domini 1298. ze Weich nachen.

NUM. XXV. AN. 1298.

Concambium initum inter Prepositum Ortwinum, & Sifridum *de Frauenberg* Dominum in Hag: dedit Ortwinus predium in Kirchdorff, pro predio in Puchrein. Anno Domini M. CC. XCVIII. die sancti Viti.

NUM. XXVI. Ottonis Baioar. Infer. Ducis confirmatio curiæ in Utzingen.

Nos Otto Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie presentibus profitemur, quod cum denotus seruitor noster Riche-

cherus Vicedominus de Rota curiam suam propriam dictam Utzingen cum quesitis & inquirendis, cultis & incultis, breuiter cum omnibus iuribus ad ipsam pertinentibus, tradiderit, & donauerit Ecclesie in Ouwe, in remedium anime sue, & omnium progenitorum suorum, ac damnorum dicte Ecclesie sui regiminis tempore illatorum, quiete ac pacifice perpetuo possidendam, nos eandem donationem ratificamus, eamque presentibus approbamus. In cuius rei testimonium presens tradidimus instrumentum nostri sigilli robore communitum. Datum Landeshuot. M. CC. XCIX. in die beati Iohannis Evangeliste.

NUM. XXVII. AN. 1299.

Heinricus Tampacher de Chirchtampach suique pueri offerunt Preposito Ortwino predium in howaschen *& hi sunt testes Hydo Tampacher, Magen Reutter Conrad Reuter, Hermann Reutter.* Act. anno Domini M. CC. XCIX.

NUM. XXVIII. Anno 1299.

Dominus Rudolfus de Mulles duoque eius filii *Rupertus & Conradus* anniuersarium fundant sub Preposito Ortwino &c. Dat. anno Domini M. CC. XCIX.

UUM. XXIX. Tampacheri fratres renuntiant aduocatiæ in Perchaim. AN. 1309.

Nicla, Liebhart, und *Gotzwin* wir drei Prieder, und *sien herrn Rugers des Ritter* von Tampach, veriehen an dem Prief, und tuon chunt, allen di den Prief lesen, und lesen heren, daz wir mit gmainem Rat durch unser voder Sel willen, und unser Sel willen uns verzigen haben und ausgeben haben, alles daz vogtreht, daz wir ze recht heten, und daz uns an erbt, von unsern vorvordern, Sand Felicitn und ir sieben Sienn der Herrschaft, und der Pruderschaft von Aw aus den zwain guoten, daz Percheim, und auf dem hoehenperch ze niezzen und ze haben ewich-

lich an wider Red, und an Anſpruch, daz der Red ſtett ſie und unzerprochen, darinen geben wir dem Gotshaus von Aw den Prieff ze einen rechten Urchund verſigleten mit des erſamen Probſt Gundachers und Erzprieſters Inſigel von Garz, vven vvir aigen Inſigel nicht an hetten, der Prieff iſt geben, da von Chriſtsgeburt vvaren dreizehen hundert Iar und in dem neunten da nah: an dem Oſter Tag des Peicht Tags.

NUM. XXX. Conceſſio Iuris Hofmarchiatus S. Iurisdictionis inferioris. AN. 1314.

Ich *Berthold Ergolzpich* Vitztumb von der Rot entbeut allen unſer Herren Richtern und Amtleuten minen Dienſt. Wizzet daz ſich der erſame Her Probſt Dieterich ze Ovve und das Gotshuſs daſelbſt mit mir an mines Herren ſtatt verricht hat, Er und ſin lut, die Stevvre zem ahteil und zem Herren Dienſt als ſi im geloit vvart, by mines Herren Ckunech Otten von Ungern lebentigen Ziten. Davon vvil ich und gebevvt enk von miner Herern vvegen der edelen Herzogen in Baiern, ſvvelch recht Er und alle lantherren mit derſelben ſtuvver gechaufft habent als miner Herren hantveſte ſagt den Got Genad, daz ir in und ſinem Gotzhus und ouch ſinen levvten ſtaet hat; an die drey Sachen di min Herren durch recht richten ſullent, und daz im und ſeinem Gotshuſe, daz alſo ſtet belibe, daruber geb ich inn gemein Urchunde diſen Prief verſigelt mit minem Inſigel. Actum 1314. des Pfinczag vor ſanct Iohans Tag Baptiſti.

NUM. XXXI. Confirmatio Iuris Hofmarchialis per Ludovicum Baioariæ Ducem, tutorio nomine agnatorum ſuorum. AN. 1314.

Wir Ludvvich von Gotes Genaden Herzog in Baiern unſer lieben Vettern Heinrichen, Otten, und Heinrichen Pfleger allen unſern und unſer Vetter Viztomen, Richtern, Schergen, und gemainlich allen Amptleuten unſer Huld und alles guts.

Wann

Wann der Erſam Probſt von Au uns bevveiſet hat, daz er und alle ſin levvt die Stevver umb der recht der germainen gerichts beder bei unſer lieben Vettern Chunig Otten dem Got genade und ouch bei uns genczlich und gar hat gegeben: davon vvellen vvir und gepieten enk allen veſtiglich bey unſern Hulden daz ir in und ſinech Gotshauslevvten Armen und Reichen derſelben Recht aller ſtett habet, ſam andern Prelaten ſin genozzen in allen den Rehten als die Handveſte ſaget die unſer vorgenannt Vetter Chunig Otte daruber hat gegeben: daz im und ſinem Gotshauſs daz ſtats belibe geben vvir in den Brief mit unſern und unſers lieben Vettern Heinrichs Inſiegeln verſiegelt. Der iſt geben M. CCC. XIV. in Aſſumptione Beate Virginis Marie.

Num. XXXII. Donatio prædii in Tolheim per Albertum Rempolzheimer. AN. 1314.

Ich *Albrecht Rempoltshaimer*, vergih an dem Brief, und tuon chunt allen den, di in leſent und leſen hörnt, datz ich geben han dem Gottshaus Aw mein Aigen datz Tolhaim, peſucht, und unpeſucht für urei und für ledigen Aigen um ainen Widerwehſel, datz iſt, Acher leit pei der Schahen muel, enhalb der Swindah, und zwiſchen der Swindah, und des Achers der zur Aich gehöret: und waer ouch, datz das vorgenant Gotshauſs chainen Chrieg lit oder naem um datz vorgenant Aigen Tolhaim, ſo ſchol ich Albrecht von Rempoltshaim deſſelben Gotshauſs gvver ſein ze allem Reht: und ob ich des niht entätt, näem daruber das Gotshauſs chainen ſhoden, den ſhol ich im abtuon, datz der Wehſel, und der Gwerft ſtäet ſei, und unverchert, darum gib ich den Prief dem oftgnanten Gotshauſs Aw ze ainem Urchund verſigelten und verveſteten mit meins Herren Inſigel des werden Fürſten *Hertzogen Hainreichs von Paiern*, und mit meiner peder Prueder Inſigel Hern *Perchtolds* und Hern *Hainreichs*, und mit mein ſelbes Inſigel, des ſeint Zeug mein zwen Prueder Hern

Perchtolt, und Her *Hainrich*, mein zvven *Vetern*, *Gotefrit und Liebhart*, *Chunrat*, *Magens* und *Nycla der Leinchofer*, und ander getrevv Levvt, di dapei vvoren, der Prief iſt geben, do von Chriſts Purt vvoren dreycehen hundert iar in dem viercehenten da nach an S. Veits Tag. Appendet Sigill. Tab. III. n. 14.

Num. XXXIII. AN. 1314.

Walther von Taufchirchen hangt ſein ſiegel an einem Brief Heinrich Schmidle von Chraiburg feria quarta ante Michaelis, anno Domini. 1314.

Num. XXXIV. AN. 1316.

Profuturum indubitanter ſaluti anime ſpero .... Ego Gervvicus presbiter & decanus in Amphing tenore preſencium cupio fieri manifeſtum..... Nomina teſtium laicorum *Hainricus* & Otto *fratres de Uberakker Tidericus de Amphing*, *Conrad de Steinach*, *Fridericus de Obernach*. Dat. & Act. Anno Domini 1316. in die beati Brictii Epiſcopi & confeſſoris.

Num. XXXV. AN. 1317.

Fundatio anniverſarii ſub præpoſito Dieterico pro remedio anime, *Herren Weychart von Uberracker* des *peſchaideu Ritter* dem Gott Genad: verſigelt mit der Uberracker Inſigel. Anno Domini MCCCX. ſeptimo.

Appendet Sigillum quod exhibet tab. III. n. 9.

Num. XXXVI. Vitalitium ſuper Holzhauſen. AN. 1318.

Wir *Sophei* Hern *Ortliebs* Wittib *von Wald*, und mein *Sweſter Chunegund* Hern *Ulrichs* Witib von *dem Stain*, tuon allen den chunt, die diſen Brief anſehent, oder hörent leſen, datz vvir den Erbargen Hern Hern, Friderichen Probſt, und dem Convent ze Avv heten gelihen hundert Pfunt Pfenning Regenſpurger Münz, und für dieſelben Pfening habent ſi uns in geantvvort und gegeben der Guot der hernach geſchriben ſtet, fünfzehn Pfunt Pfenning Gelts Regenſpurgiſche Münz, beſucht und unbeſuocht

mit

mit zehent, mit Räntlehn, und mit allen Nutzen di darzu gehöerent, und auch datz Landgericht in allem dem Recht, und ez der vorgenannt Probſt Friderich, und datz Convent innen haben gehabt, alls zu unſerm Tag und ze rechtem Leipgeding untz an unſer beder Tod: und iſt, datz unſer einer in der Friſt nichten vvär des Got niht engeb, ſo ſol je der ander der vorgenanten Gut innen haben untz an ir Tod gar und gänzlich an allen Chrieg: vvärn aber vvir peder in der Friſt nicht, ſo ſint der vorgeſchribnen Guet dem Goteshauſs zu Avv vvider ledich an alle Anſprüch. Wir verjehen auch, datz vvir unſern Herren den Ertzbiſchofen ze Saltzpurch nicht erren ſuoln an ſeiner Vogtey, noch an ſeinen Gerechten, datz er ze reht auf denſelben Guoten hat. Man ſol auch vvizzen, ob uns des Goteshauſs aigen Laeute von Avv, die auf den Guoten ſizent, unſs niht enſuogten, oder der Guot niht paulich leiten ze veld und ze dorf, ſo haben vvir den Gevvalt ſi zu vercheren, und ſulen auch uns noch der Convent niht daran erren. Wär auch, ob uns reht ehaft not darzu tvveng, datz vvir der vorgenanten Gut muſten verchumbern umb die vorgenanten Pfening, die vvir darauf haben, gegen ſchvvem datz vvär inner Landes untz an unſer beder Tod, da ſöln ſie uns auch niht an erren. Der Guot ſeint alſo genant, datz Dorf ze Holzhauſen, dabei ein Müel, ein Huob heizzet Alrams Lehen, ein Hof heizzet die Widen, ein Guot heizzet Pfaitlemers Lehen, ein Wiſs bei Oeting, ein Hub ze Reicherſpuoch, ein Huob heizzet Chrum, ein Huob ze Gozzen, ein Huob ze Stadel, ein Huob ze Aichach. Datz der Red ſtat beleib, darüber gebn vvir unſern Brief ze einem Urchund verſigelt mit unſers lieben Herrn Inſigel Herzogen Hainrich in Beiern, und mit unſers Ohaims Inſigel *Graf Alrames von Halſs*, und mit unſer beder Inſigel, datz iſt geſchehn Anno Domini MCCCXVIII. in die beati Magni martyris.

Num. XXXVII. AN. 1319.

Ich *Ulrich Gaiſelperch* verieh an des Brief . . . . den geb ich den Brief verſigelt mit meinem Inſigel und ſint des *Zeug Heinrich der Uberakker, Wernher von Staudach, Chunrad von Wenge.* Actum Anno Domini MCCCXVIIII. an dem Chræuzetag.

Appendet Sigillum quod damus tab. III. n. 11.

Num. XXXVIII. AN. 1326.

Ich *Ulreich der Anhartinger* und mein Sun der *Her Chunradt* der *Ritter* und mein *Sun der Blæſel, und der Ulreich vergehen &c.* daz iſt geſchen Anno Domini MCCCXXVI. des Mœntags in den Pfingſten.

Num. XXXIX. AN. 1330.

Heinricus de Harſchirchen fundat duas Miſſas ſub præpoſito Wernhardo.

N. XL. Abſolutio ab Excommunicatione, & diſpenſatio ſuper Irregularitate Monaſterii Augienſis, tempore Ludovici Bavarie Ducis &c. AN. 1339.

Venerabili in Chriſto Patri Dei gracia AEpiſcopo Salzeburgenſi, vel eius vicario in ſpiritualibus, Gaucelinus miſeratione divina Epiſcopus Albanens. ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem. Ex parte fratris Wernhardi Prepoſiti & Conventus Monaſterii Augiens. Ord. S. Auguſtini veſtre Diœc. nobis oblata petitio continebat: quod ipſi olim, prout lacius vobis exponetur; in ſuo Monaſterio, propter Domini ſeu dominorum temporalium adherentiam & fautoriam, quam fecerunt Ludovico de Bavaria Schismatico & rebelli, ac per Dei Eccleſiam reprobato, & aliis ſuis ſequacibus ſuppoſito Eccleſiaſtico interdicto per ſeptennium, non tamen in contemptum clavium, ſed per ſimplicitatem & iuris ignorantiam divina celebrarunt, & celebrari permiſerunt officia, & alias ſe divinis immiſcuerunt, ac corpora defunctorum tradiderunt, & tradi fecerunt Eccleſiaſtice ſepulture, divina prophanando etiam officia,

officia, dictumque Ludovicum Imperatorem Roman. nominarunt, ac cum suis fautoribus in cibo, potu, loquela & aliis communibus actibus, preterquam in crimine participarunt; propter que excommunicationis, suspensionis, & interdicti sentencias & penas alias incurrerunt, in processibus factis contra predictum Ludovicum & eius fautores per felicis recordationis Dominum Iohannem PP. XXII. generaliter promulgatas. Super quibus cum sint parati, ut asseritur, superstitionem ipsius Ludovici & fautorum eius & aliorum scismaticorum relinquere, & abiurare, & ad gremium S. Matris Ecclesie redire, & in omnibus eius obedire mandatis, supplicari fecerunt nobis humiliter, eis per sedem Apostolicam misericorditer provideri. Nos igitur attendentes, quia Apostolice sedis clementia non consuevit penitentibus misericordiam denegare, sed paterno affectu cupit constitutos in invio ad caulam reducere unitatis, auctoritate Domini PP. cuius primarie curam gerimus, & de eius speciali mandato circumspectioni vestre committimus, quatenus si est ita, postquam publice confessi fuerint coram vobis se tenuisse & tenere fidem Catholicam, & credere ac tenere, quod credit, tenet & docet sancta Mater Ecclesia; credidisse, & adhuc firmiter credere, quod non spectat ad Imperatorem Papam seu summum Pontificem deponere, & alium eligere vel creare; sed hoc ipsi hereticum reputant, & heresim damnatam per Ecclesiam prelibatam: Recepto consequenter ab eis ad sancta Dei Evangelia iuramento quod stabunt & parebunt mandatis Ecclesie, & Domini nostri Domini Benedicti PP. super illatis iniuriis, contumaciis, rebellionibus, fautoriis, & aliis implicite, vel explicite per eos confessatis, & non confessatis, ac ceteris penis & sentenciis quas incurrerunt ab homine vel a iure, propter premissa & ea tangentia, & quod dicto Domino Benedicto PP. ac eius successoribus canonice intrantibus fideles erunt de cetero, & eis debitam reverentiam & obedientiam exhibebunt, nec

cum

cum prefato Ludovico, quamdiu ſtabit in rebellione S. Matris Eccleſie, ſeu aliis hereticis & ſcismaticis, aut cum eorum ſequacibus per dictam Eccleſiam denotatis deinceps erunt, nec eis ſeu quibuscunque aliis dabunt contra Romanam Eccleſiam conſilium, auxilium, vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte; quodque nulli ut Imperatori ſeu Adminiſtratori Imperii obedient nec adherebunt, niſi ille primitus fuerit per ſanctam Romanam Eccleſiam approbatus, nec etiam cum ſepedicto Ludovico, aut quocunque alio in rebellione prefate Eccleſie exiſtente contra eam obligationem, conſpirationem facient ſive ligam, ipſos a dictis ſententiis abſolvatis in forma Eccleſie conſulta, & alias predictas penas circa ipſos relaxetis, & iniuncta inde eorum cuilibet pro modo culpe penitentia ſalutari, & aliis, que de iure fuerint iniungenda, quodque per ſeptem annos ſexta feria ieiunent, ac medietate ipſorum Canonicorum dicti Monaſterii a ſuorum Ordinis executione per ſex menſes . . . . . quibus completis medietate . . . . . alia dictorum Canonicorum ad alios ſex menſes ſequentes . . . . . ſuſpenſis . . . . . ſuper irregularitate & inhabilitate ex premiſſis contractis diſpenſetis, auctoritate & mandato predictis ſuffragantibus ſibi meritis, alioque canonico non obſtante miſericorditer cum eisdem agatis. Dat. Avinione XI. Kal. Iunii, Pontif. Domini Banedicti PP. XII. anno quinto.

NUM. XLI. AN. 1339.

Ich *Harpreht vou Ahaim und Frau* Anna mein Hauſsfrau veriehen fur uns &c. . . . der tædung ſint Zeug *Herr Alhart von Frawenhofen &c.* An. Domini 1339. in Vigilia S. Margarethe.

NUM. XLII. Fundatio Miſſæ per Harskircheros. AN. 1340.

Wir Wernhart von Gotes Gnaden Probſt ze Aw, und aller Convent daſelben, veriehen offenbar an diſem Brief für uns und für alle unſer Nachchomen, und tuon chunt allen den die in ſehent oder horent leſen: Datz wir mit gutem Willen

und

und mit vordachtem Muth verhaizzen haben, datz vvir alle Wochen zvvo Meſſe haben ſullen auf unſer Fravvn Alter ze Avv an der Mitichen aine, und die ander an den Samztag, als ſi Her *Hainrich der alt von Harſchirchen* geſtift hat, und ſin *Sun Her Hainrich* und *Her Hartpreht* ze Sel geräet iren vodern und ir Hausfravv und ir Erben und Nachchomen ze Hail und ze Saeld und ze Selgraet lebentigen und töten. Darumb auch die Gult, die hernach verſchriben vvird, dem Convent iarleichen ſol vveren in die Oblay. Ze dem erſten auf dem Gut ze Prukkagen ein halb Phunt Regenſpurger Pfening Gult, und auf dem Gut ze Haeſental ſechzik Pfening Gult allez Regenſpurger Pfening. Wir veriehen in auch, datz die Meſſe ſullen vveren evvichlich, dievveil die Werlt ſter. Und ſol auch die Hantveſt andern ihren Hantveſten nicht ſchaden. Datz in datz alſo ſtäet und unzebrochen beleib darüber ze einem Urchunde der Warheit geben vvir in diſen Brief verſigelten, mit unſern Wernhartes des egenanten Probſtes ze Avv Inſigel, und mit unſer des egenanten Conventz ze Avv Inſigel, die baider daran hangent, datz iſt geſchehen, do man zalt von Criſtes Gepurt dreizehen hundert Iar, und darnach in dem vierzgiſten Iar den nachſten Suntags nach dem auſert Tagk &c.

NUM. XLIII. AN. 1342.

Ich *Magens der Rœutter* verieh .... Anno Domini 1342. an ſant Auguſtinstag:

NUM. XLIV. An. 1344.

Ich *Ulrich von Hausmanning* und all mein Geſvviſtert und mein Mutter veriehent .... daz ze einem Urchunt gib ich den Brief verſigelt mit *Herren Hannſen Inſigel von Tœrring*. Daz iſt geſchehen Anno Domini 1344. an S. Margreten Tag.

NUM. XLV. AN. 1356.

Ich *Seyfried von Toerring* vergieh und tun kunt offenbar . . . &c. fundatio anniuerſarii pro remedio animæ Herr *Harprecht des Harchirchers* und ſeiner *Husfrawen*, Fraw *Radegunden* Anno Domini 1356. an ſant Seueri.

NUM. XLVI. AN. 1355.

Ich *Hanns der Uberakker* &c. anno Domini 1355. Dominica nach S. Erhart.

NUM. XLVII. AN. 1360.

Ich *Hainrich der Raitenperger* . . . vergehn . . des ze einer Urchund geben wir den Prief verſiegelt unter *Heren Friederichs des Toeringer von Tetenpach* anhangendem Inſigel. Datum. anno Domini 1360. in die S. Marie Magdalene.

NUM. XLVIII. AN. 1364.

Fundatio anniuerſarii in der Kirche ze Aſchoue vor Herren *Hanſen den Uberakker ze Aſchau.* anno Domini. 1364. die S. Michaelis.

XUM. XLIX. AN. 1379.

Cambium Friderici Prepoſiti cum Domino *Sixto de Toring* eiusque filio *Wilhelmo*; dedit Prepoſitus predia *Diſslingen* & Lardenbach pro predio Eſchenshueb. anno Domini. 1379. &c.

NUM. L. AN. 1391.

Ich *Lantold der Tampeckher von Tampach* . . . . des ze einem Urchunt geben wir dem Gotshauſs den offen Buch verſiegelt under des Edlen *Erben Weiſen Herren Ioergen dez Toerringers von Iettenpach* aigen anhangendem Inſigel. Actum. 1391. an *S.* Pauls Tag als er bechert wart.

NUM. LI. AN. 1399.

Herr *Eraſm* der veſte Ritter von *Layming*.

Num.

NUM. LII. AN. 1411.

Wolfgang Uberakker vendit Præpoſito Franciſco prædium in Aſchau.

NUM. LIII. AN. 1411.

Ich *Ortolf Uberakker ze Haſslach*, min Hausfravv und all unſer Erben . . . . als vvir unſern lieben Bruder *Sweykkern dem Uberlakker* ze Haslach und alle ſein erben . . . . des ze Urchunt geben vvir in dieſen Prief beſigelt mit mein obgenant Ortolffen des Uberlakkers anhangendem Inſiegel, und mit meinen *lieben Vettern Matheys des* Ubrakers auch anhangendem Inſiegel. Actum an S. Niclas Tag. A. Domini. MCCCC. und in dem aindleſten Iar.

NUM. LIV. AN. 1413.

Ich *Sweiker der Uberakker* zo Haslach vergieh &c. dez ze einem Urchunt geben vvir den Brief verſiegelt mit meinem obgenant Svvikker des Uberakkers anhangendem Inſiegel, und mit unſers lieben Bruders *Ortolfs des Uberakkers* anhangendem Inſiegel. Act. Pfingſtag nach dem Erhards Tag anno Domini M. CCCC. XII.

Appendet ſigillum Swikkeri de Uberakker &c. Tab. III. n. 10.

NUM. LV. AN. 1418.

Præpoſitus Franciſcus fundat ein Selgerat zu Aſchau vor unſer gute Freund *Wolffhard den Uberlakker ze alten Thann und Ortolf den Uberakker zu Haslach fur ſich und ihre Erben;* Item Herr *Wolfhart*, Herr *Heinrichen zu Elten*, und Herr *Gebart vor Zeiten Haubtmann zu Priſach.* Actum anno Domini. 1418. an S. Vigilii Tag als er gehaben vvorden iſt.

NUM. LVI. AN. 1426.

Wilhelmus de Toerring concedit Præpoſito Petro Ius conſtituendæ tabernæ in fundo Monaſterii. anno Domini. 1426. &c.

NUM. LVII. AN. 1426.

Ich *Wilhalm der Toeringer* von Ietempach vergieh &c. umb das gut zu Pirchach. Dat. anno Domini. 1426. an S. Martins Tag.

NUM. LVIII. AN. 1427.

Wir *Heinrich* von Gotes Gnaden Pfalzgrave bei Rein und Herzog in Bayern &c. und ze merer Sicherheit und Gezeugnufs hat *Caſpar Waler der Zeit unſer Gemalin Hoffmeiſter* . . . ſein eigen Inſigel zu ſambt unſerm gehengt an dieſen Prief. Actum Burghauſen in Feſto S. Urbani. anno Domini. 1427.

NUM. LIX. AN. 1428.

Conrad von Freiberg Phleger zu Aerding, Pernhart Tannhauſſer Sin Lant Richter.

NUM. LX. AN. 1428.

Ich *Wilhalm Toerringer* geſezzen ze Yettenpach vergeh fur mich, und mein Hausfravv &c. Act. 1427. an S. Michel Tag des Heiligen Furſtengels.

NUM. LXI. AN. 1432.

Wilhelm der Toerringer zu Yettenbach hangt Sin Inſigel an einen Prief *Otilien der Chloſnerin*, *Heinrich des alten Chloſner von Pranſtett ſaliger Tochter*.. anno Domini. 1432.

NUM. LXII. AN. 1439.

Iohannes Archi Epiſcopus Salisburgenſis confirmat fundationem anniuerſarii Uberrakkerorum. vid. Supra num 56. vor vvei land *Wolfhart und Ortolf die Yberaker auf Anſuchen Virgilii Yberakkers unſers getrewen Verweſers unſerer Hauptmanſchafft* zu Salzb. Act. 1439. die Philippi & Iacobi.

NUM. LXIII. AN. 1441.

Petrus Præpoſitus Augienſis teſtatur *mit einem offenprief, Uberakkrorum* familiam iuribus ſepulturæ hereditariæ & confraternitatis

apud

apud ſe gaudere, & recenſet funera Herrn *Otten des Uberakkers*, *Ritters der iſt* geſtorben nach Chriſti gepurt ainlefthundert iar und im 37. *Weichard Ritter* geſtorb. 13. Sept. Herrn *Albrecht Uberakker* der iſt geſtorben 23. Iul. *Eberhard*, *Heinrich*, *Albrecht*, *Ulrich*, *Weichard und Ulrich* die Gebrudere mit ihren Haus Fravven und Kindern die alle in unſerm Gotzhaus begraben ſint. Urckund deſſen geben vvir dem vveiſen *Virgili Uberakker* Hauptmann zu Salzpurg unſern lieben Herren und Freund den Prief actum 1441. an S. Bernhards Tag.

NUM. LXIV. AN. 1444.

Erhart Uberakker Phleger zu Hag.

NUM. LXV. AN. 1450.

Heinrich Reutter Canonicus Augienſis teſtis in inſtrumento.

Num. LXVI. Sententia diffinitiva ſuper curia hæreditaria in Zæchenhein. AN. 1452.

Ich Hainrich Rudmundt die Zeit Lanndtrichter zu Klingberg Bechenn offenlich mit dem Brief von Gerichten wegen, das für mich komen auf Recht, da ich ſas mir gewaltigen Stab an ſtat des *Edeln und ſtrengen Ritter*, *Hern Wolfgang von Preyſing*, die Zeit Pfleger zu Klingberg an offner Schrannen zu Klingberg, mit vorſprechen und anweyſen Kriſtein die Arbin zu Zachenheim, und bracht für, wie ſi nach freundt und ander frumer Leut Ratt mit Heyrat kert hab zu Eberharten dem Arb, und den zu ainem elichen Mann genommen, und hab im zw Heyratgut bracht ains und zwaintzigk Pfund Pfening, und der ey alſo habhaft worden iſt, und daſelbs ſey durch biderleut geredt und geſprochen worden, das er jr ir heyratgut zaigen, vermachen, und widerlegen ſulle auf ſeiner Gerechtichait und Hern Genad, die er dan auf der Arhueb hat daz Zahenhaim, und auf ander ſeiner Hab und Gut, wo er die ungevarlichen habe, nach Landesrecht; des ſi von im

nicht bechomen hab mugen, und er sey bey nachtlicher weil von ir geritten, und hab ungeverlichen als gut mit einander sein heyrat und ir Pussenchewant, und si wiss nit wo oder wellent er sey: also sey sy mer dan ainsten zu meinem Hern von Aw komen und gebetten, das er ir ratsam und hilflichen sey, und ir das Gut verlasse, in massen als das ir mann von im gehabt habe; sy hat auch das in der Stift auch ervodert: nw kund sie an im nichts erlangen, und hiet er geantburt, sy sull das mit recht austragen, und wan das beschehen sey, oder behab, so well er ir das Gut gern lassen, also hab si mit recht auf die obgenantten Gerechtichait, und Heren Genad, die ir bemelter Mann auf der egenanntten Arbhueb hat, als lang und verrer gerecht, als zw ainen ent rechten: und jnn denselben schickt mein Herr von Avv sein Probst Ruppel den Avver zu rechten, und der solt das recht also für mein Herrn von Avv zvv ainem Tag heben. Darein begab sich die Fravv mit Herschaft vvillen den Tag also nachzekomen, es vvart auch daselbs durch Recht erchant, das in mein Herr von Avv zvvischen des heutigen Rechten, und des vergangen Rechten ain Tag stimmen und sezzen, und dem solt auf baiden nachgangen vverden; also die Fravv dem Tag auch nachkomen ist, und ir Widersacher nicht, also hiet sy mein Herr von Avv vvider zu dem rechten in die Lanndtschrannen geschaft, und also hiet die Fravv vil gelimpftens gesucht, das alles nicht helffen vvill, und si stet heut hie, und begert durch vorsprechen ze fragen des Rechtens an die Schrannen, vvie sie sich der obgemelten Gerechtighait und Herrn Genad auf der obgenanbten Arbhueb unterziehen sul umb ir Spruch als oben berurt ist. Also fragt ich obgenantter Richter des Rechtens an die Schrannen, die gab urtail und Recht dem Ambtman solt zugesprochen, vvie die Recht herkomen sein, und hinnach solt beschehen vvas recht sey: dem vvart zugesprochen, und er sagt auf seine Aid, er hab die recht

ze

ze rechter Weil und Zeit auf die obgenantten Arbhueb chunt, und hab ſo lang gerecht, das heut ir entrecht ſey: nach Ambtmans ſag begert die Fravv aber ze fragen vvas uns recht ſey, alſo fragt ich obgenantter Richter des Rechtens an die Schrannen, dy gab Urtail und recht, die Fravv ſolt ſten in Wartt, dievveil ich Richter zvv Gericht ſaſſe, und den Stab in der Hent hilt, ob der benant Aerb chom, oder yemant von ſein vvegen, der das Recht verantburtetten vvolt, oder der ehaft not fürbracht, und die beſtätt, ſo beſchach zvviſchen in vvas recht vvär, kom aber niemand nicht, beſchach aber vvas recht vvär, und die Fravv ſolt dan in meinen Aufſten komen in das Nachrecht. In meinem Aufſten kam die fravv vvider an das Nachrecht, und bracht ir klag vvider für inn allermaſſen als oben berürt iſt, auch dabey ob ſi vvol verbartt hab oder nicht, und begert durch vorſprechen zefragen darüber des Rechtens. alſo fragt ich obgemelten Richter des Rechtens im nachrechten, do gab Urtail und recht, ſy hab vvol verbartt, und der bemelt Eberhart Arb ſol ze dreimalen mit lautter Stim über offene Schrannen beruefft vverden, das er chem, und das recht gegen der benantten Fravven verantburt, oder ob yemant da ſey, der von ſein vvegen ehaft not fürbringen vvill und die beſtatten, ſo beſchech zvviſchen der Fravven und irs Widerſachers vvas recht ſey, kem aber niemant nicht, ſo beſhäch aber vvas recht ſey: nach dem beruefſen chem nyemant nicht, da begert die benant Fravv aber durch vorſprechen zefragen vvas un recht ſey. alſo fragt ich obgenantter Richter des Rechtens an die Schrannen, da gab Urtail und recht, ſeintemallen niemant komen iſt, die Fravv hab behabtte und erlangte Recht auf der obgemelten Gerechtichait und Herren Genad, ſo ir Mann auf der Aerbhueb hat, und darzvv auf allem dem Gut, das der benant Eberhart Arb ir Mann in der Herſchaft Klingberg hat nichz ausgenomen. Und ich Richter ſol ſye des

yez-

yezund mit dem Stab an offner Schrannen gevvertigen, und der Ambtmann an den entten und ſtetten da es gelegen iſt, und begert ſein die Fravv, ſo ſol ich ir des rechtens zeugen und Gerichtz brief geben, alſo begert ſy irs behabten Rechtens Zeugen und Gerichtzbrief, alſo fragt ich obgemelter Richter des Rechtens, ob ich ir des ſchuldig zegeben ſey. De gab urtail und Recht, ich ſull ir des behabten Rechtens Zeugen und Gerichtzbrief geben, den ich ir alſo gib, als er ir mit recht erchant iſt vvorden, beſigelt mit meinem aigen anhangenden Inſigel verſigelt, das ich von Gerichtz vvegen daran gehangen hab, mir und mein Erben und Inſigel an Schaden. Bey dem rechten und an der Schrannen ſind geſeſſen, die vveiſen veſten Iorg Oberndorffer zu Stephanskirchen, Hanſs Hofman zu Schonſtett, und die beshaiden Tomam Durk, Peter Schaffer, Kunrad Möſer, Andre Repfengaſt, Knocherl von Rinckershaim, und ander frumer Leut vil, die all auf ir Aid darum verſolgt und ertailt habent. Des Rechtens ſind vorſprach geyveſen Michel Smid, Kunrad Leutl, Hanſs Anttorffer; Matheus Grumbolt, das Recht hat ſich ergangen des Pfinztags vor Oculi in der Vaſten, als man zalt von Kriſti geburde vierzehenhundert Iar, und darnach im zvvey und fünfzigſten Iare.

Num. LXVII. AN. 1454.

In Inſtrumento ſuper Parochia Amphingen : Hi ſunt teſtes validus vir *Eberhardus Uberrakker : Eraſmus Gerſponder*, *Lucas Gerſponter* armigeri *Georgius Trauner*, *Georgius Toeringer de Ittenpach*, *Oſwaldus Toerringer*. *Actum Anno Domini* 1454.

Num. LXVIII. AN. 1459.

Ich *Wolfhart Uberakker zum Sighartſtain Ritter und ich Ernſt Uberakker der Zeit Pfleger ze Lichtentanne des bemeldten Herrn Wolfharts bruder bekennen &c. &c.* Anno 1459. am Montag nach S. Iohannestag zu Sunbenittn.

Num.

Num. LXIX. AN. 1464.

Ich *Wolfgang Tauffkircher* Ritter zu *Guetenberg und Elſpet* ſin hausfravv bekennen . . . zu Urkund geben vvir diſen offen brief verſigelt mit Herren Wolfgang taufkirchen zu Guetenberg obgenant aigen anhangenden inſiegel. Geben am Pfintztag vor Letare in der Vaſten Anno Domini 1464.

Appendet Sigillum tab. III. n. 7.

Num. LXX. AN. 1465.

Hans von Layming Pfleger zu Klingenberg.

Num. LXXI. AN. 1469.

Ich *Iorg Tærringer zu Tettenpach* . . . bekenne . . . als von ſolchen ſpenn die gevveſen ſint zvviſchen dem ervvürdigen in Gott . . . Wilhelmen Probſt zu Au . . und des edlen veſten *Sey des Torringer* als ein beiſtand der Zechlæut unſer Frauvv zu Aſch an andern teils . . . . . einen ſtæten Hintergang uff den *edlen* und *geſtrengen Ritter Herrn Friederich Pynzenauer zu Harensperg, Pfleger zu Muhldorf, und Iorgen Gareiſen zu Peurbach Pfleger zu Nevvmark &c.* So han ich gebetten den edlen vveiſen Iorgen Gareiſen daz der ſin Inſiegel gehangen hat an dieſen brief, beſiegelt mit meinen obgenannten Iorgen Torringer anhangendem Inſiegel. Actum Samptzag nechſt vor S. Ulrici. 1469.

Appendet Sigillum tab. III. n. 12. exhibitum.

N. LXXII. Wilhelmo Præpoſito ius gerendi Infulam conceditur a Papa Sixto IV. An. 1483.

Sixtus Epiſc. ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Wilhelmo Helffendorffer prepoſito & Conventui Mon. in Aw, per prepoſitum ſolito gubernari, Ord. S. Auguſtini, Salisburgenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Expoſuit veſtre de-

votionis ſinceritas, & religionis promeretur honeſtas, ut tam vos quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum dignis honoribus attollamus. Hinc eſt quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu fili prepoſite & ſucceſſores tui dicti Monaſterii prepoſiti qui pro tempore fuerint, mitra, paſtorali baculo, annulo, Chirothecis & aliis pontificalibus inſigniis uti, nec non in dicto Monaſterio & eidem Monaſterio ſubiectis ac Parochialibus & aliis Eccleſiis ad vos communiter vel diviſim pertinentibus, quamvis vobis pleno iure non ſubſint, benedictionem ſolennem poſt miſſarum, veſperarum & matutinarum ſolemnia dummodo in benedictione huiusmodi aliquis Antiſtes vel Apoſtolice ſedis legatus preſens non fuerit, elargiri: nec non pallis, veſtes & alia ornamenta Eccleſiaſtica predicti Monaſterii benedicere, ac quatuor ordines minores novitiis & aliis Religioſis perſonis dicti Monaſterii conferre libere ac licite valeatis: felicis recordationis Alexandri Papæ quarti prædeceſſoris noſtri, quæ incipit *Abbates* & aliis quibuscunque conſtitutionibus in contrarium editis nequaquem obſtantibus, vobis & eisdem ſucceſſoribus auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia tenore preſencium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarn. Dom. MCCCCLXXXIII. Idibus Februar. Pontific. noſtri Anno XIII.

NUM. LXXIII. Hi ſunt *Benefactores cœnobii Augienſis.* Ex Necrol.

Comites de Megdling Theobardus & uxor eius Hiltgardis, qui primum in Augia Sacellum B. M. V. conſtruxerunt.

Cuno de Megdling & Alhaydis Comes de Eppan coniux eius.

Nobiles Dni de Harſtkirchen Eberhardus, Henricus, Abrahamus & Harprechtus de Harſtkirchen.

Do-

Domini Weichardus, Albertus, Eberhardus, Henricus, Udalricus, Bernardus, Conradus de Uberacker &c.

Generoſi Dni Barones Joannes & Henricus item Georgius & Wilhelmus de Törring omnes Domini in Ietenbach.

Generoſi itidem Barones Vitus de Törring Dominus in Ietenbach & Seveld & uxor eius Magdalena de Tanneberch: Ioannes de Törring Dominus in Ietenbach & Seveld & uxor eius Barbara de Stauff. Sifridus de Törring Dominus in Stain & Tiſsling cum coniuge eius Genovefa de Notthafft. Wilhelmus de Törring Dominus in Stain & Tiſsling cum coniuge Anna de Warth; Caſpar de Törring D. in Stain & Tiſsling ux. Margareta de Törring in Iettenbach: D. Adamus de Törring & D. Ioh. Vitus de Törring D. in Tiſsling & Iettenbach pluresque alii.

Horum veſtigiis inſtitere nobiles de Holtshauſen D. in Sattltampach, itemque nobilis Dominus Pancratius de Paltram &c.

NUM. LXXIV. *Anniverſaria præcipua.* Ex Necrol.

I. Dom. Comitum in Megdling videl. Theobardi & Hiltigardis uxoris eius, Cunonis & Alhaydis uxoris de Eppan in die Agathæ V. & M. 5. Febr. & datur una magna ſtipa.

IV. Dom. Cunonis Comitis de Hofgiebing, Giſile uxoris, Saxonis filii & Giſile uxoris in die S. Ioh. Apoſt. & Evang. ante portam latinam VI. May.

IX. Pancratii Paltram ſeq. die poſt feſt. aſſumpt. B. V. M. 16. Auguſt.

XIV. Dom. Harprechti Harſtkirchen de Zangberg, Radegundis uxoris die S. Severini Epiſc. XXIII. Octobr.

XIX. Dom. Friderici de Fræheimb III. Ianuar. in octava S. Iohann. Evang. & Apoſt.

Num. LXXV. *Epitaphia nonnulla.*

1383 Anno Dom. MCCCLXXXIII. ob. *Eberhardus de Harſchirchen* in die ſancti Gregorii Pape.

Anno Dom. MCCCC. ob. *Abramus de Harſchirchen.* Adiecta inſignia: *Forceps.*

1400

1335 Anno Dom. MCCCXXXV. ob. *Wernhardus de Imtzing* Canonicus huius loci.

1357 Anno Dom. MCCCLI. ob. *Heinricus de Zangberg.* Matthæus, Gabriel, Dornacker Wolfgangus hæredes eius. (*hæc ex libro Chartaceo* in Bibliotheca aſſervato.)

1413 Anno Dom. MCCCCXIII. in die conceptionis B. Marie Virginis ob. *Harprecht Harſchircher de Zangberg.*

Anno Dom. MCCCCLXV. ob. *Leonardus ab Helffendorff* frater præpoſiti Wilhelmi mater eorum Hirſchaueria ob. 1482.

Monu-

MONUMENTA ATILENSIA.

MONUMENTA ATILENSIA.

PRAEFATIO.

Atila noſtratibus Ætl, nobile monaſterium ſodalium D. Benedicti, ſitum eſt in Tetrarchia Monacenſi Waſſerburgo vicinum; in vertice montis undique abrupti: niſi qua ſeptentrionem ſpectat, ubi perpetuo jugo Garſam usque porrigitur. Radices ejus alluunt Orientem verſus Oenus, a meridie Atila, ab occaſu Eberaha rivus; heic loci quem mire venuſtant, confluentes.

Origines Atilenſes Engelbertus Waſſerburgenſis Comes ad Dieſſenſes Principes retulit, in inſtrumento circa Anno 1137. confecto. „Atilenſis locus priſcis temporibus „a Principibus de Diezzin magna predio-

rum

„ rum copia nobiliter eſt fundatus, ſed a „ perverſis hominibus, & maxime a quodam „ Fridericio cognomento Rocke, perſonis „ expulſis, rebus abſtractis deſtructus eſt &c.„ Optime profecto; uti quidem ſolide, pro more ſuo, nuper demonſtravit Illuſtris Autor Originum Domus Boicæ. Scilicet Arnoldus Comes Dieſſenſis circa Annum 1040. vitam monaſticam in monte Atilenſi inſtituerat: abrogavit vero eandem circa 1070. famoſus apud noſtrates Fridericus Rochus, Dieſſenſis & ipſe, Arnoldi fundatoris frater; ſatorque Comitum Wolfratshuſanorum.

Collapſum & ad incitas fere redactum monaſterium reſtauravit tandem Seculo XI. ad finem vergente, Engelbertus Limpurgenſis ac Waſſerburgenſis Comes, illuſtri proſapia ortus. Extat hodieque in ſcriniis Atilenſis cœnobii Autographum inſtrumenti reſtaurationis, ab Engelberto felicibus auſpiciis peractæ. Reperies illud, Lector, in Diplomatario noſtro Atilenſi; Num. 1. correctius

ctius descriptum ac illud descripserat Gewoldus.

Meichelbeckio quidem, a) insigni harum rerum scrutatori visum est, laborare has litteras errore in nota chronologica annoque quem præ se ferunt illæ, 1087. Assertum probare conatus est autor sagacissimus vel inde; quod restaurationem contigisse affirmet Engelbertus, in præsentia Ottonis Episcopi Frisingensis, qui utique Episcopatum ante annum 1137. non adiit. Hæc aliaque, quæ Meichelbeckius addit, suspicionem nobis moverant, in litteris Engelberti, loco Anni MLXXXVII. legendum esse, imo legi MCXXXVII. atque a Gewoldo, eiusve amanuensibus, facili prorsus errore, siglam C. mutatam fuisse in quinquagenarium L. Nec de nihilo esse videbatur, quod in monumento N. 13. Conradus Comes de Wasserburg An. 1233. profitetur Attilam fuisse restauratam per avum suum Engelbertum: siquidem difficile foret

dictu, viri, qui An. adhuc 1232. ſupererat, avum jam Anno 1087. piam fundationem peregiſſe.

Verum enim vero, poſtquam probe inſpexiſſemus Autographum litterarum Engelbertinarum, evanuit omnis hæc coniectura. Solliciter in ipſo expreſſus eſt Annus MLXXXVII. ita quidem, ut niſi erroris vel mendæ poſtulare velimus ipſum, quo Engelbertus uſus eſt librarium, alia prorſus ineunda ſit via ſalvandæ inſtrumenti egregii fidei ac autoritatis.

Atqui vero hanc viam inveſtigantibus nobis, ſequentia ſemet ultro obtulerunt.

Charta Engelberti mera eſt notitia, non inſtrumentum, peractæ reſtaurationis; quam quidem uno omnem actu, tempore uno, tentatam ac perfectam fuiſſe, ipſe negat Engelbertus. Is ſane preſſe ac ſolerter diſtinguit duas epochas utique ſeparandas.

Primo

Primo actu quem Anno 1087. cœpisse frustra negaveris, Atilam restauravit Engelbertus Comes, „ablata ipsi prædia, a ministe„rialibus suis redemta, in possessionem mona„sterii iterum tradidit, quin & castrum suum „Limburg Atilæ nimis vicinum destruxit, do„mumque suam in castrum Wasserburg trans„tulit.„ Hæc primum uti iam monuimus conficiunt actum, nec facile quis dixerit ea omnia uno anno, neque hercle uno lustro, absolvi potuisse.

Posthæc, & quid obstat quin dicamus? sex lustris posthæc, „convocatis nobilioribus „Baioariæ, diligenti indagatione investigavit „Engelbertus noster, si quæ prædia reperi„rentur, quæ iure fundi ad Ecclesiam Ati„lensem olim spectaverint, & pro reperto„rum commutatione in præsentia Ottonis „Episcopi Frisingensis, aliorumque viro„rum circa 1140. celeberrimorum: curtem „in Ardinga ipsi tradidit.„ Hæc utique Anno 1137. contingere debuerunt, imo &

contigerunt. Ut vero traditiones hæ univerſæ inconvulſæ permanerent, re omni peracta, circa 1137. exaratum eſt documentum: quod male in Anno 1087. reiecerunt noſtri, cum rem modo narret Anno 1087. fieri cœptam.

Opinioni huic eximie opitulantur vetuſta Atilenſis Eccleſiæ necrologia, e quibus concinnata eſt ſeries Abbatum, quam infra exhibemus.

Neque vero nodum nectunt litteræ Conradi Waſſerburgenſis, cui ſolvendo ſolus par ſit Alexander. Engelbertus, ſi annum egiſſe dicatur viceſimum, cum Anno 1087. reſtaurationem Atilæ moliretur, ſeptuageſimum vix ſuperaverat, cum operi pio Anno 1137. ultimas manus admoueret. Nec adeo infrequens eſt, patrem circa 1120. natum; quo naſci potuit Dietricus Engelberti filius; filium reliquiſſe Anno 1232. adhuc ſuperſtitem: ut inter portenta humanæ naturæ locari debeat

debeat ætas Engelberti ac nepotis ſui Conradi, centum ſexaginta octo annorum ſpatium emenſa.

Sufficere hæc poſſunt ad vindicandam documenti Atilenſis authentiam, ac inconvulſam in omni ſui parte autoritatem. Dabitur forte aliquando facultas his omnibus diutius inhærendi & ipſam Waſſerburgenſem familiam ex noſtris monumentis illuſtrandi. Satis erit iam notaſſe Engelbertum noſtrum cum filiis ſuis Atilæ fuiſſe ſepultos; eorumque cenotaphium vetuſtate aut alio quocunque caſu deſtructum, ineunte ſeculo XVI. reſtaurauiſſe Abbatem Leonardum. Ectypon operis perquam elegantis exhibemus Tab. III. & IV.

Cæterum, hunc terrarum tractum Romanis frequentatum fuiſſe, abunde probat monumentum ſepulcrale Clodii Mariani, in ipſo Atilenſi monte, dum fundamenta Eccleſiæ locarentur, repertum, itemque nummi Romani

quos ſubinde magno numero effodiunt agrorum cultores.

Reſtat ut paucula de codice noſtro Diplomatico Atilenſi dicamus. Conſtat ille chartis ſeptuaginta, in quibus deſcribendis partim autographis ipſis uſi ſumus, partim Cartulario membranaceo circa finem Seculi XV. ſtudio haud vulgari collecto: ita tamen, ut omnia & ſingula apographa, cum autographis contulerimus. Deſcribendorum copiam ſumma humanitate nobis fecit Reverendiſſimus Abbas Dominicus, Academiæ Boicæ ſodalis honorarius: Vir bonarum artium amantiſſimus, interque fautores ſtudiorum noſtrorum, principe ſi quis alius loco, nuncupandus. Deſiderabuntur forte heic Bullæ pontificiæ, quarum plures proſtant ap. Hundium: Nos vero ſolam diplomatario noſtro inſeruimus Bullam Alexandri III., quod inſtar omnium ſit, nec noui quid in reliquis omnibus contineatur.

a) Hiſtor. Friſing. Tom. 1. pag. 282.

SERIES

SERIES RR. DD. ABBATUM.

Albericus I. 1087. † circa 1106.
Pabo. † 1130.
Guntherus † 1157.
Albericus II. † 1170.
Heinricus I. † 1179.
Egelolphus † 1204.
Udalricus I. † 1240.
Heinricus II. † 1257.
Udalricus II. † 1285.
Heinricus III. † 1289.
Sibotho † 1308.
Udalricus III. † 1317.
Aubertus † 1319.
Fridericus † 1354.
Udalricus IV. † 1361.
Stephanus I. † 1368.
Fridericus II. † 1378.
Seifridus † 1385.
Heinricus IV. † 1400.

Ste-

Stephanus II. † 1431.
Iohannes I. † 1455.
Gregorius † 1464.
Iohannes II. † 1478.
Martinus I. † 1497.
Leonardus I. † 1501.
Seyfridus II. † 1508.
Martinus II. † 1509.
Leonardus II. † 1510.
Engelbertus I. † 1523.
Leonardus III. † 1535.
Sebaſtianus † 1547.
Benedictus I. † 1569.
Conradus I. † 1573.
Engelbertus II. 1599 † 1606.
Conradus II. † 1635.
Martinus III. † 1646.
Benedictus II. † 1669.
Engelbertus III. † 1687.
Joſephus † 1703.
Caietanus † 1723.
Nonnoſus † 1756.
DOMINICUS.

MO-





pag. 264.





MONUMENTA ATILENSIA.

MONUMENTA ATTILENSIA

Diplomatarium Miſcellum.

NUM. I. Notitia reſtaurationis Monaſterii Atilenſis. anno. 1087. factæ. Dat. circa AN. 1137.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. An. Incarnationis Domini M. LXXXVII. Ego *Engilbertus Hallenſium Comes* locum Atilenſem ſub titulo S. Dei genitricis Marie perpetue Virginis, ſanctique Michaelis Archangeli in territorio Friſingenſi reſtauraui. Isdem namque locus priſcis temporibus a Principibus de Diezzin magna prediorum copia nobiliter eſt fundatus, ſed a peruerſis hominibus, & maxime a quodam *Friderico* cognomento *Rocke*, perſonis expulſis, rebus abſtractis ita deſtructus eſt, ut tribus tantum prebendariis illic remanentibus vix tandem paruiſſimum priſtine habitationis ibidem ſeruaretur indicium. Sed poſtquam Diuina clementia eundem locum ſuo ſancto ſeruicio denuo mancipari voluit, ego *Engilbertus* Hallenſium Comes divino compunctus amore, caſtrum meum *Lintpurt*, quod tunc temporis preclara ciuium numeroſitate inhabitabatur, ex affectu, quem pro reſtauratione loci Atilenſis conceperam, hilari mente deſtruxi, & domum meam in caſtrum *Waſſerburg* pro ampliatione & pro ſitus monaſterii commoditate tranſtuli, & quecunque poſſeſſa fuerant in ipſo monte, culta & inculta a meis miniſterialibus aliis prediis commutaui, & in poſſeſſionem Monaſterii tradidi. Poſt hæc conuocatis nobilioribus Bauarie & amicis & miniſterialibus meis diligenti indagatione cepi inueſtigare, ſi que predia inuenirentur, que de iure fundi a prima inſtitutione Monaſtice Religionis ad ipſum locum ſine contradictione pertinentia viderentur. Inuenta autem ſunt hec: in ipſo monte, & ſub ipſo culta & inculta ad XII. aratra; octo

Eccle-

Ecclesie cum dote & decimis earum, quarum nomina hec sunt: Atila, Rumerberg, Albransperg, Rute, Etlingen, Geruten, Hohenawe, Capella in Wasserburg, pro quarum dotis & decimarum commutatione omnium, consilio & testimonio Principum, & nobilium Bavarie comitis videlicet *Perchtoldi de Andahs*, *Sifridi Comitis de Hochenburch*, *Chunonis de Megelingen*, *Herrandi de Amrangi*, *Burchhardi de Mospurc*, aliorumque multorum, communi consensu chori Frisingensis, in presentia Domini Ottonis Episcopi, astante omni Clero suo; tradidi ad aram S. Marie Frisingensis Ecclesie decimalem curtem in Ardingen, & dimidium mansum sub ipso monte situm, ad exponendum ibi vinum Frisingensis Ecclesie. Denique a Principibus quos prefati sumus, & a multis aliis nobilibus adhuc inuenta sunt ad locum Atilensem pertinentia, a flumine Ebrach usque ad Ripam Chazpach, prata, pascua, culta & inculta; apud Albrantsperg quatuor mansus, Prucke molendinum, Roshart curtis, vichusen due curtes, chornperg due curtes: de cunctis vero que possideo in omnibus castris meis Wasserburc, Viechtenstein, Gazzinstein, Werberg, pecorum videlicet, carnium, caseorum, volatilium, & omnium victualium meorum decimas Atilensi Monasterio contradidi. Si quis autem huic traditioni nostre obviare voluerit, vel de supra dictis possessionibus aut decimis aliquid minuere presumpserint, siue filii mei seu quelibet persona, anathema sit in secundo aduentu Domini: conseruantibus autem ea, que prefato Cenobio perpetuo iure mancipauimus, sit merces, quam preparauit Dominus diligentibus se. Ut autem traditio nostra inconuulsa permaneat, presentem paginam supra dictis testibus, & sigilli nostri impressione munimus, & ratificamus.

N. II. Eberhardus AEpiſc. Salisb. confirmat monaſterio Atilenſi donationes 20. Karratarum Salis annuatim ex ſalinis Hallenſibus evehendarum. An. 1155.

In nomine ſancte & individue Trinitatis: ego Eberhardus Dei gracia S. Salzburgenſis Eccleſie Miniſter indignus, ſcripto preſenti ad poſteros transmittere curavi querelam, quam coram nobis & fidelibus noſtris depoſuit Abbas Attilenſis Alberricus, & qualiter eam terminaverimus. Aſtruere enim conatus eſt, a venerabili & felicis memorie anteceſſore noſtro Chunrado perpetua conceſſione Monaſterio ſuo traditas XX. Karratas magnas ſalis de reditibus noſtris in loco Hallenſi, easque a nobis ex iure requirebat; ſed cum huius rei nullum poſſet cuiusquam privilegii ſeu viventis teſtimonii prebere documentum, deficientem a cauſa ſolamque poſtulante memoriam propter iilud, quod Dominus ait in Evangelio: quod uni ex minimis mei feciſtis mihi feciſtis: exaſperare noluimus, atque ad ſuos qui in predicto loco ſub regula S. Benedicti famulantur, remittere cum triſticia tanquam deſtitutum ſolatio timuimus. Ea propter devotionem prefati Anteceſſoris noſtri, promoventes, reverenciam quoque Beatiſſimi Ruodberti, cui ex proprietate idem Monaſterium attinet, adtendentes, predictas XX. Karratas magnas ſalis perpetuo iure predicto Monaſterio tradidimus de patella, quam Ulricus cognomento Halberlaip tenet, annis ſingulis ſolvendas, de qua & fratribus Wiere quinquaginta Karrate dantur predicti Anteceſſoris noſtri liberalitate conceſſe, & ut firma atque inconvulſa maneat donatio noſtra, preſentis pagine atteſtatione eam muniri dignum duximus. Actum anno Incarnationis Dominice Mill. C. L. V. VIIII. Kal. Nov. nono anno Eberhardi AEpiſc. feliciter actum eſt Salzburge. Huius rei teſtes ſunt Domnus Prepoſitus maioris Eccleſie, Hugo Decanus, Dominus Heinricus Cuſtos, Wolframus, Dom. Rudbertus Capellanus, Abbas S. Petri Dom. Heinricus, *Luitoldus de Siges-*

Sigesdorf, *Harduinus de Fisca*, *Wolframus de Offenwanc*, *Pabo de Tusendorf.*

N. III. Bulla Confirmationis Monasterii Attilensis, ab Alexandro *PP. III.* An. 1177.

Alexander Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Egilolfo Abbati Monasterii Attilensis, eiusdemque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quociens illud a nobis petitur, quod Religioni & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petencium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus, & prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, & beati Benedicti regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem Monasterium impresenciarum iuste & Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largicione Regum, vel Principum, oblacione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinenciis suis, terram cultam pro duodecim aratris in Atila, & a loco qui dicitur Kazpach usque ad ipsum montem omnia culta & inculta, que ad ius & proprietatem bone memorie Engelberti Comitis Hallensis spectantia idem Comes pia deuocione in perpetuam elemosinam vobis donauita Ecclesiam de Atila cum capellis & aliis pertinentiis suis, decimas omnium predictarum Ecclesiarum quas prefatus Comes redemit ab Ecclesia Frisingensi per Ottonem eiusdem Ecclesie Episco-

pum cum consensu totius Ecclesie Frisingensis dato in concambium dimidio manso sub ipso monte Atile, & Curte magna & preciosa apud Ardingen, duas Ecclesias, videlicet Ysoluingen, Griestetten a Chunrado seniore, Eberhardo, & Chunrado iuniore AEpiscopo & nunc ab Alberto Archi Episcopo laudantibus & approbantibus omnibus Salzburgensis Ecclesie Prelatis & Prioribus, annuente Clero & populo vobis concessas. Preterea libertates & immunitates a Regibus, Archi Episcopis, Episcopis, aliisque Principibus Monasterio vestro rationabiliter collatas, sicut in authenticis scriptis exinde factis continetur, & antiquas & rationabile consuetudines Monasterii vestri integras & illibatas presenti decreto manere sancimus. Sane noualium vestrorum, que propriis manibus & sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas presumat exigere. In Parochialibus autem Ecclesiis quas tenetis, liceat vobis clericos eligere, & Episcopo presentare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus animarum curam committat, ut de Plebis quidem cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & absolutos e seculo fugientes ad conuersionem vestram recipere, & eos absque ullius contradictione in vestro collegio retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem sine licentia Abbatis sui fas sit de claustro discedere, discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare: sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni & extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi,

di, a Dioeceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolice ſedis habuerit, & ea gratis & abſque ulla prauitate vobis voluerit exhibere, alioquin liceat vobis quem malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate quod poſtulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quorumlibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtucia preponatur, niſi quem Fratres commni conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexacionibus fatigare, ſed illibata omnia conſerventur eorum, pro quorum gubernacione & ſuſtentacione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolice auctoritate, & Dieceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona hanc noſtre conſtitucionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo terciove commonita, niſi preſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit; poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque divino iudicio exiſtere ex perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini Redemtoris noſtri Iheſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Iheſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant, Amen. Datum Ferrarie per manum Graciani ſancte Romane Eccleſie Notarii IIII. Kalend. Maii Indictione X. Incarnacionis dominice Anno. MCLXXVII. Pontificatus vero Domini Alexandri Pape III. Anno XVIII.

Num.

N. IV. *Confirmatio Eiſelfing, & eius filiolæ.* circa An. 1200.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Adelbertus Dei gratia Iuvavienſis Eccleſie AEpiſc. omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in Domino. Iuſticia dictante equum & rationabile videtur eſſe, ut nos qui Eccleſie Dei preſidemus, & utilitatibus Eccleſiarum provideamus, quibus ut in melius proficiant, pro poſſe & noſſe conſilio & auxilio fideliter ſuccurrere debemus. Notum ergo eſſe volumus omnibus in Epiſcopatu Salzpurgenſi degentibus, quod nos cum communi conſilio Prepoſiti & totius Cleri maioris Eccleſie, & omnium Prelatorum, Abbatum, Prepoſitorum, Archidiaconorum, & Miniſterialium precipuorum Atilenſe Cenobium cum Parochia Iſolvingenſi & eius filiola Grieſtetten inbeneficiavimus, quam & ſicut Anteceſſores noſtri beate memorie Dominus Chunradus ſenior AEpiſcopus, Dominus Eberhardus, AEpiſc. itemque Dominus Chunradus Iunior AEpiſc. verbis confirmaverunt, ita nos eandem eidem cenobio Pontificali auctoritate factis roboramus. Ut autem hec confirmacio illibata, & inconvulſa permaneat, hanc in Cartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus muniri. Si quis ergo contra hanc Conſtitutionis noſtre paginam ierit, aut eam infringere ullo modo temptaverit, Clericus ille ſit ſive Laicus, ſeu quelibet perſona, anathema maranatha ſit in die Domini. Quia ergo eandem Parochiam eidem Cenobio perpetuo iure mancipavimus, eam illi conſervantibus ſit merces illa, quam preparavit Deus ſe diligentibus. Dotes & decimas absque omni exactione poſſideat: interdicimus omnibus omnino omne ius advocatie. Si quis ultra temptaverit, excommunicetur. Huius autem conſtitucionis teſtes ſubter annotare iuſſimus, Sigboto Prepoſitus maioris Eccleſie, Heinricus Abbas de Salzburg, Sigboto Abbas Sewenſis, Arno Prepoſitus Richerſpergens. Adelhardus Prepoſitus Ratisponens. Gebhardus ex Comite Clericus, Adelhardus Hallenſis Prepoſitus.

Num.

N. V. Donatio decimarum omnium Walſerburgenſium. A. 1201.

Notum ſit omnibus iuſticie Dei colla flectentibus, tam preſentibus quam futuris, quoniam Dominus *Comes Dyetricus de Wazzerburg & filius ſuus Chunradus*, omnem decimam de cunctis reditibus ſuis ubicunque poſſeſſis tradiderunt ad altare S. Marie perpetue virginis, ſanctique Michaelis Archangeli in Atila, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum, perpetuo illic ſerviturum. Ut autem hec tradicio rata & firma permaneat, hanc in teſtimonium paginulam ſcribi, & ſigilli ſui impreſſione iuſſerunt muniri. Datum eſt autem hoc privilegium a prefatis Principibus Atilenſi loco in maiori Eccleſia S. Marie Genitricis Dei ſanctique Michaelis Archangeli anno Domini ab Incarnacione MCCI. Aſtantibus quam plurimis nobilioribus perſonis in preſencia Domini Abbatis eiusdem Monaſterii. Huius autem facti teſtes ſubnotati ſunt *Heinricus de Rotenpach*, *Heinricus de Niuvertingen*, *Heinricus de Ecelingen*, *Chunrad de Steinhuſen*, *Gotfridus de Chazbach*, *Ortolfus de Laimingen*, *& filius eius Ortolfus*, *Heinricus de Rute & frater eius Meingotus*, *Otto de Sundermaringen*, *Siboto de Iſelvingen*, *Gebhardus de Schonſtet*, *Goteſchalcus de Haimingen*, *Fridericus de Schaleshdorf*, *Heinricus de Schalechdorf*, *Fridericus de Spilemanneſperg*, *Sifridus de Hochauſen*, *& frater eius Heinricus*, *Fridericus de Hauenheim*: cives de foro Meinhalmus, Pertoldus de Hallerpruge, Heinricus Ekentaler, Heinricus Herzoge, & alii quam plures de familia eiusdem Comitis.

N. VI. Dietricus Comes Walſerburgens. & Hallens. donat. Atilenſi cœnobio villam Swaben. An. 1202.

Quum omnis humana conditio per temporum ſucceſſiones decedit, & ſuccedit, ideo ne a cunctorum Chriſti fidelium labatur memoria, ſub nobilium Heroum ac Miniſterialium, aliarumque humilium perſonarum ſcriptis teſtimonio confirmamus. Ego Dietricus Hallenſium Comes tradidi per manum Domini Sibotonis

Comitis de Hademarſperge, ad altare S. Marie perpetue Virginis, ſanctique Michaelis Archangeli in Atilenſi Monaſterio villam, que dicitur Swaben, & omnia circumquaque ad ipſam villam pertinentia, pro remedio anime mee, omniumque parentum meorum: ea ſcilicet conditione, ſi filius meus Chunradus absque liberis viam univerſe carnis abierit, ſi ipſe ſupra dictus Chunradus hanc prefatam villam nec uxori ſue nec conſanguinitate uel affinitate ſibi iunctis, nec cuidam, nec quoquam dandi aut vendendi habeat poteſtatem. Ut autem hec confirmatio illibata, & inconvulſa permaneat, hanc in cartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus muniri. Siquis ergo contra hanc conſtitutionis noſtre paginam ierit, aut eam infringere ullo modo preſumpſerit, ſive Clericus ille ſit ſive laicus, ſeu quelibet perſona anathema maranatha ſit in die Domini, ſi quis ultra temptaverit, excommunicetur. Huius autem facti teſtes ſubter annotari iuſſimus. *Siboto Comes de Hademarſperge, Heinricus de Niuwertingen, Heinricus de Truchtelihingen*, & Miniſteriales prefati Comitis Dietricus de Wazzerburch, *Ortolfus de Laimingen, Otto de Sundermaringen, Siboto de Sconſtetten, & filii ſui Siboto & Gebehardus, Gotfridus de Chazzepach, Heinricus de Rute, & frater ſuus Meingotus, Eberhardus de Perchahe, Goteſchalcus, & Heinricus de Heimingen, Fridericus, & Albertus, & Heinricus Schalechdorf, Fridericus de Spilemanneſperge, & fratres ſui Ortolfus, & Albertus, Chunradus de Aſcheim, Fridericus de Inningen, Ortolfus de Nodernpach, Siboto de Niuwenhoven, Chunradus Nuzingeren, Fridericus Marſchalcus, Dietricus de Viechtenſteine, & alii* quam plures de familia eiusdem Comitis. Acta ſunt hec An. MCCII.

N. VII. Donatio prædii in Wurzach. An. 1204.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Filii qui naſcentur & exurgent narrant iſta filiis ſuis. Quoniam quidam *miniſterialis Domini Ducis Bavarie* nomine *Heinricus de Holtzen* dampnificaverit Eccleſiam S. Michaelis Archangeli in Atila, poſtquam ad centum mar-

marcas ſcilicet perſonis ibidem in Dei ſervicio commorantibus prebendam ſuam abſtrahendo, rapiendo, multis modis devaſtando, & inter cetera quemdam divitem virum nomine Heinricum, qui proprius erat prefate Eccleſie, nocte armata manu adgreditur, domum eius violenter effringens, ſed cum leſus ſe ſuaque ab invaſore defendere niteretur, ipſum colonum interfecit, & omnia que habere videbatur, deportavit. Quod factum, ego Comes *Dietricus de Waſſerburg* hec preſcripta indigne ferens, auribus Domini noſtri Ducis Bavarie per ſingula exponens & obſecrans, ut ipſum *Heinricum de Holzen* miniſterialem ſuum a leſione Atilenſis Eccleſie revocaret, atque ei ablata reddi iuberet: & Dominus noſter Dux Bavarie ſub optentu gracie ſue id fieri diſtricte precepit, & Deo inſpirante iam ſepe dictus Hainricus ad cor rediens, & que fecerit conſiderans, & quia Atilenſi Eccleſie ablata ex integro reddere minus ſufficeret, tamen in teſtimonium bone voluntatis aliquid in noſtro ſatisfactionis promiſit ei exhibere; & cum reditus ei vicine conſtitutos non haberet, a quodam nobili viro nomine Wernhart emit quoddam predium in loco qui dicitur Wurzach pro novem talentis denariorum probate monete, & adſtantibus quam plurimis nobilioribus viris ſuper aram S. Michaelis Archangeli in Atilenſi loco delegavit perpetuo illic ſervaturum ſine omni contradictione, ut querimonia a fratribus eiusdem loci, de quamplurimis dampnis eis ab ipſo ſine cauſa & indebite illatis coram Deo & hominibus ſedaretur. Hoc etiam factum ne a cordibus Chriſti fidelium laberetur, & oblivioni traderetur, ſed ut ratum & firmum ſemper permaneat, pagine huic iuſſimus inſcribi, & ſigillo noſtri impreſſione roborari, & hos teſtes qui interfuerunt ſubnotari, Dominus *Ulricus Vicedominus Ducis Bavarie*, *Dominus Fridericus Schoph Senior*, *Dominus Heinricus de Niwertingen*, *& filius eius Eberhardus*: de miniſterialibus Comitis de Wazzerburg, Dominus *Meingotus de Rute & frater eius Dominus*

Heinricus, *Dominus Siboto de Schonſtat*, *& frater eius Gebehardus*, *Dominus Gotfridus de Kazpach*, *Dominus Fridericus de Chersdorff*, *Dominus Fridericus de Spilmannesperg*, *Chunrat Plancke de Aſchaim*, & de familia ſupradicte Eccleſie, Askerich, Wernherus Preco, Rudigerus cemetarius & frater eius, Heinricus, Wernherus de Stukeln, Heinricus de Anzenperg, Chunrat de Abrateſperch, &c. Acta ſunt hec anno verbi incarnati milleſimo ducenteſimo quarto in Atilenſi loco feliciter Amen.

N. VIII. *Pro Sepultura in Waſſerburg.* An. 1255.

In nomine Domini Amen. *Chunradus* Dei gracia Friſingenſis Epiſcopus omnibus in perpetuum. Cum ex debito paſtoralis officii Eccleſias de novo erigere, & ſepulturas mortuorum ubi, & quando neceſſitas aut utilitas expoſtulat concedere, ſine tamen, alieni iuris Iuris preiudicio debeamus, & habitatores loci, qui dicitur *Waſſerburch*, apud Parochialem Eccleſiam in Atel, que inquam Eccleſia Parochialis monaſterium ſitum terminis ipſius tam in ſpiritualibus quam in temporalibus pleno iure reſpicit ab antiquo, ſepulturam habuerint, & divina, ac alia ſacramenta Eccleſiaſtica receperint; quod etſi propter paucitatem hominum minus grave & utcumque tolerabile usque in preſens extiterit, tamen propter excreſcentiam & multitudinem populi ibidem per Dei graciam pullulantis, nunc & in poſterum ea que premiſſa ſunt ab inhabitantibus eundem locum Waſſerburch periculoſum ſit & difficile obſervari: de conſenſu & voluntate Capituli noſtri ad peticionem dilectorum in Christo Abbatis, Conventus Monaſterii de Atel, nec non civium in Hochenau ſeu Waſſerburc, indulgemus & credimus, ut incole ſeu indigene locorum Hochenau & Waſſerburg apud Eccleſiam, quam cives de Hohenau ibidem ceperunt fundare ad cultum divinum ampliandum, & conſecrari ipſam petunt in honorem beati Iacobi Apoſtoli; audiant divina & recipiant ſacramenta Eccleſiaſtica, ac apud ipſam Eccleſiam in

cemi-

cemiterio ibidem qui voluerint, Ecclesiasticam habeant sepulturam. Salvis tamen omnibus iuribus, honoribus, & reverentiis que ab ipsa Ecclesia tanquam a filia, & ab habitatoribus ibidem Ecclesie Parochiali, & Monasterio in Atel tanquam matrici Ecclesie iure filialis subiectionis sunt regulariter ac canonice impendenda. Volumus etiam & mandamus firmiter, & districte, ut predicti Abbates, qui pro tempore fuerint, & Conventus Monasterii in Aetel, quoque cives & inhabitatores locorum premissorum Hohenaw & Walserburch, observent sibi ad invicem inviolabiliter, & absque quolibet contradictionis obstaculo conditiones & articulos infra scriptos. Primum quidem Parochiani & incole prefatorum locorum Hohenau & Wazzerburch ac Ecclesie intra vel extra site in decimis, oblationibus, mortuariis, ac aliis Iuribus Parochialibus filiali subiectione Ecclesie Parochiali seu Monasterio in Atel quod idem est, perpetuo sint subiecti, & predicta loca ac Ecclesie a prefata Ecclesia matrici nullo modo debent dividi aut aliqualiter separari: sepe dicte quoque Ecclesie a nullo inofficiari, nec dicti cives Hohenau & Walseburg ab aliquo audiant divina, aut recipiant sacramenta Ecclesiastica nisi a Vicario quem dicti Abbates pro tempore & Conventus in Atel instituerint, & in instituendo, ac destituendo vicarium huiusmodi ibidem contradictionem seu impedimentum a nemine patiantur. Ad hec etsi sepedicti Cives & habitatores Hohenau & Walserburg apud Ecclesiam prefatam sancti Iacobi audire Divina, sepeliri, ac alia taliter, ut premissum est, possint Ecclesiastica sacramenta recipere, in signum tamen & titulum filialis subiectionis tenebuntur annis singulis cum cruce & processione in vigiliis Pasce, & Pentheco-stes, pro receptione chrismatis & baptismate parvulorum, ac in die beatorum Apostolorum Philippi & Iacobi, predictum Monasterium in Atel tanquam matricem Ecclesiam unanimiter devote, & omni reverencia visitare. Verum quamvis ut dictum est, apud

memoratam Ecclesiam sancti Iacobi Hohenau habitatores ibidem possint Ecclesiastice sepeliri, sepefati tamen Abbas & Conventus in Atel unum de Confratribus suis mittent & deputabunt pro mortuis sepeliendis in cimiterio ipsius Capelle, & cuncta occasione defunctorum huiusmodi obueniencia in oblationibus cereis, seu aliis quibuscunque in usus Monasterii ipsius, & fratrum rediganţur. Sane salvum erit dicto Monasterio Ius funerandi omnibus habitatoribus predictorum locorum, qui apud ipsum elegerint sibi sepulturam. Curiam etiam in Sprinckenpach, & aream sitam iuxta Cemiterium prefate Capelle, quibus ipsa dotata dinoscitur esse, prelibati cives in Hohenau tenentur manutenere ac defendere absque cuiusquam exactionis gravamine, iure advocationis sibi nihil penitus usurpantes. Et ut omnia que premissa sunt debitum robur obtineant firmitatis, neue a successoribus nostris aut a dictis Abbatibus & Conuentu de Atel seu a Ciuibus de Hohenaue infringi debeant aut mutari, presens scriptum nostri & Capituli nostri sigillorum munimine duximus roborandum. Datum Frisinge Anno Domini MCCL. quinto, quarto non. Aprilis, indictione nona.

N. IX. *Confirmatio Eisolfing.* Anno 1205.

Wir die nachbenannten, nemblich ich Chriſtoff Freyherr zu Schwartzenberg, der Zeit Landthofmaiſter in obern Bairn, Onoferus von Freyberg Pfleger zu Waſſerburg, Lienhart Halder Baumeiſter, Chriſtoff Hueber Hoffzimmerman zu München, Peter Scherzinger Baumaiſter zu Burckhauſen, Hanns Gugelhofer Brugkmaiſter zu Otting, und Chunrat Kräl Brugmaiſter zu Braunnaw, bekhennen alle unverſchaidenlich offenlich mit dem Brieff. Nachdem ſich allerlay Irrung zwüſchen dem erwürdigen Herrn Lienharten Abbte zu Aettel und ſeinem Convent an ainem, und der wirdigen Frawen Katherina Priorin, und irem Convent zu Altenhohenau anders tails gehalten haben, derhalben ſie von baiden tailen vor unſer gnädigen &c. Räten zu München in Verhör ſich ſelbſt und ir Anwald erſchinen, der Clag Antwurt und Gegenredt nach aller Notturft verhört, und doch entlich befunden, das in ſollicher Irrthung auſſerhalb des Augenſcheins gelegenlich, und der Billigkait gemes nichts entſchiden werden möchte. Darauf die obgemelten unſer freund, lieb, und gnædig Herren, die Rætthe zu München, uns an die Ort, da ſich ſollich Spenn und Irrthumb haltend, anheut frue zu erſcheinen, abgefertigt haben, wie wir dann erſchinen, die Tail mit iren Reden, Beſchwerung, und Verantwurtungen, nach Notturft vernomen durch den Augenſchein alle Ort vleiſſiglich beſehen; und entlich beden Tailen zugeſprochen, ob ſie aller irer Irrthung halben ir Vertrauen inn uns ſezen, wöllenn wir ſie nach unſerm beſten Verſtand entſchaiden, auf das ſie, nemlich der Herr von Aettl für ſich ſelbſt von wegen ſein und ſeines Convents,

und

und von wegen der Priorin von Altenhanau, der erſam Herr Herman ir Beichtiger, auch der Probſt und Hoffmaiſter, und ſunſt ain treflichen Beyſtandt, entlich in uns bewilliget, was wir obgenant ſprechen und entſchaiden, dabey ſollen und vvollen baide Convent und ir Nachkhomen in evvig Zeit ſtet, veſt, und unverendert beleiben. Allſo auf der bevvilligen und zuſagen ſprechen, und entſchaiden vvir Ainhelligklich vvie hernach volgt. Erſtlich ſollen bey baiden Cloeſtern nach vermug ir baider brieflichen Urkhunden die alten Werckh vvie ſie vor alter geſchlagen, und gevveſt ſind, bey Wirden beleiben, vvo aber derſelben allten Werckh ains oder mer letzer oder abgen vvurden, ſollen die bey iedes Tail gründen gepeſſert, aber nit vveiter in das Waſſer geſezt, noch geſchlagen vverden, dann vvie ſie von alter her gevveſt ſind. Zum andern, nachdem die Priorin zu Alltenhohenavv unnderhalb beder Cloeſter ain nevv Werckh fur ir Grundt geſchlagen, und gemacht hat, daſſelb VVerckh ſoll dieſelb Priorin bey der geſtepten ausfullen, und ſo das ausgefullt iſt, und ſie hinein kumpt in das Geſeuckhvverckh, und vvas die zvvainzig Schuech nit erraichen, ſoll ſie abbrechen bis auf das VVaſſer, und underhalb derſelben VVerckh, alsdan mag die Priorin bey irenn Grunden in Peugen machen ſo vil VVerckh als ſie notturftig iſt, doch nit vveiter, dann zvvainzig Schuech hinein in das VVaſſer, aber an dem Landt mag ſie ſich behelffen, vvie ſich mit ſtreichenden und geſenckhten VVerckhen gepurt, aber auch nit vveiter dan zvvainzig Schuech. Zum dritten ſol dem von Aettl alles das vvie der Priorin, und der ander Artickel vermag bey ſeinen Grunden am Berg under dem Cloſter on Mittel zu thun, auch Macht haben, mit zvvainzig Schuehen vom Lanndt ins VVaſſer zepauen bis an die Aatel und oberhalb der Aetel des waſſers ſoll er die alten werck beſſern, wir vor ſtett. zum vierten

und letzten, nachdem ſich etlich gräben, an dem Inn in baider Gottshæuſer grunden bisher eingewaſchen, und ausgeſeſſt haben, ſprechen wir, das ſollich gräben, ſo yezt vor augen oder khunftig an ieden tail werden mugen, die mag man nachvolgender maſſen und nit anderſt verſehen, nemlich haben wir die Spruchleut, heunt dato dits brieffs Eichſtecken bey Aetel und Altenhanaw in dem Inn einſchlagen laſſen, in ſolcher höch und nicht darüber ſolle ieder tail ain zwifache ſchtreichente Schlegelwüer, für die gräben, ſo iezundt ſind, oder khünftig werden, dergeſtalt ſchlagen und machen, das khainn Steckh an ſollicher wüere höher dan die Eichſteckhen ſeyen, und in albeg, das dermaſſen die wür in dem artikel geſclagen vverde, das dem Inn an ſeinem rechten Flus nichts benomen: alles ungeverlich. Des zu vvaren Urchundt haben vvir obgenannter von Schvvarzenberg, und der von Freyberg, unſer aigne Inſigel, darunter vvir ander Spruchleut auch bechennen an zvven alſo gleich lauttendt Brieff gehangen, und yedem tail ainen überantvvort, beſchehen zu Waſſerburg, Samſtag nach des heiligen Zvvelffbotten und Evvangeliſten ſand Matheus Tag, als man zallt nach der Gepurt Chriſti unſers lieben Herrn tauſendt fünffhundert, und im zvvainzigiſten Iare &c.

Num. LXXIII. Epitaphium.

Anno Domini MCCCCL. ob. *Chunrad Zeller Iegermeiſter zu Lantzhuet. Anna Heydenreichin ſein Hausfraw.*

FINIS
MONUMENTOR. ATILENS.

Monu-

MONUMENTA ROTENSIA.

PARS I.

conjecturæ eo lubentius noſtrum ad jicimus calculum, quod agricolæ hujates, dum ſulcos ducunt, frequentiſſime effodiunt numismata aliaque varii generis monumenta Romana.

Recentiore ævo, Rota ſedem nomenque præbuit genti illuſtriſſimæ, Comitiva Palatii Bojici claræ, ac circa An. 1077. extinctæ; in quam ſuo tempore & loco ulterius inquiremus. Inde ortus Chuno de Rota, Pabonis filius, Pabonis nepos, Comes Palatinus Bajoariæ, amiſſo Anno 1071. filio unico Cunone, caſtrum Rotenſe in Cœnobium mutavit & opimis reditibus ditavit; ibidem ſepultus. Cœnotaphium quod, deſtructo antiquiore ſepulcro, memoriæ ipſius, eximio opere, erexit Iohannes II. Abbas, Tabula V. & VI. exhibemus.

Crevit deinceps opibus Rota ſacra, quod abunde probant monumenta noſtra, ex ſecenis aliis ſelecta. His acceſſerunt inde ab initio jura prorſus eximia, inter quæ memorare juvat, Officiales hæreditarios ha-

ben-

bendi nobile privilegium; quod dissertatione peculiari illustraturum se esse, humanissime spopondit P. R. Archivarius Rotensis P. Ildephonsus Rudorfer. Factum inde est, ut Seculo XVI. fisci Imperialis procurator litem moveret Ducibus Bajoariæ, de subtracta Imperio hac Abbatia, eamque in libertatem vindicaret, inter immediatos Germaniæ status reponendam. Verum enim vero, re omni penitius perspecta, patuit fiscalem multa tribuisse Rotæ nostræ, quæ ad aliam Rotam pertinent in Suevia, prope a Memminga sitam; cuiusque Abbas hodieque inter Prælatos scamni, ut aiunt, Suevici recensetur: Reliqua vero iura Rotæ Boicæ immunitatem neutiquam involvere, probarunt Baioariæ Duces.

Monuimus jam supra, ingentem Rotæ supereſſe monumentorum ex medio ævo copiam. Selegimus inde & integra damus ea, quæ maxime facere videbantur ad illustrandam ipsius historiam, atque ad cognoscendas

majorum noſtrorum conſuetudines, legesque: levi manu attigimus alia, Genealogis potiſſimum inſervitura: Omnia & ſingula debemus eximiæ humanitati Reverendiſſimi Abbatis Benedicti, Academiæ Boicæ Sodalis honorarii qui ſtudia noſtra ſummo favore fovit atque adiuvit.

SERIES RR. DD. ABBATUM ROTENSIUM.

EX MONUMENTIS DOMESTICIS ERUTA.

Bertricus vixit adhuc Anno 1141.
Lotharius † poſt 1170.
Heribortus † poſt 1180.
Fridericus I. † circa 1230.
Heinricus I. † poſt 1255.
Conradus I. abd. 1276.
Nicolaus † 1286.
Conradus II. Comes de Eſchenloh † Anno 1303.

Iohan-

pag. 340.



pag. 340.





Iohannes I. † poſt 1308.
Otto I. Vocher: † 1325.
Conradus III. † circa 1330.
Fridericus II. de Pinzenau † poſt 1347.
Heinricus II. de Tyrndl † 1360.
Otto II. Vorcher † 1361.
Udalricus Krætzel de Lohen res 1371.
Heinricus III. de Kolb † 1392.
Ekpertus Krætzel de Lohen † 1413.
Conradus IV. a Spillberg † 1443.
Matthias Schœttl † 1447.
Heinricus Vorcher † 1459.
Alexius de Pervall † 1483.
Iohannes II. Held † 1496.
Iohannes III. † 1515.
Marinus I. † 1530.
Paulus †. 1536.
Benedictus † 1567.
Mainradus † 1575.
Chriſtophorus I. res. 1590.

Georgius † 1595.
Ioachimus I. † 1595.
Marinus II. † 1610.
Ioachimus II. res. 1615.
Iohannes IV. † 1639.
Simon † 1641.
Romanus res. 1661.
Chriſtophorus II. res 1681.
Rupertus † 1698.
Æmilianus † 1726.
Corbinianus † 1757.
BENEDICTUS.

MONU-

MONUMENTA ROTENSIA.

Diplomatarium Miſcellum.

Num. I. *Legenda vetuſta SS. Mariani & Aniani.*

Cum fides Chriſtiana, poſt incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti magnalia, late per orbem terrarum gentes plurimas illuſtraret, & multitudo populorum Chriſtianorum, inſpirante Domino, ad agonem ſpiritualem contra antiquum hoſtem pugnare properaret, evenit, ut quidam ſacerdos nobilis nomine Marinus, heremum quandam in Norica provincia cis alpinos montes ſitam peteret, atque ibidem omne tempus vite ſue permaneret. Secutus ergo veſtigia antiquorum heremitarum aſſimilavit vitam ſanctorum Antonii & Pauli, ſcilicet primorum ex monachis heremi incolarum. Bis vero in ſabatho, id eſt in ebdomada, alimoniam recepit, nihilque niſi panem & ſalem, parumque herbarum commedit, neque potum, niſi aquam tantum bibit. In paſcha & in natale domini caſeum commedebat, & parum lenticule, hocque ei erant paſchales epule. Quodam autem tempore dum ſtaret ad ſacrum altare ad miſſam celebrandam, audivit vocem celitus ſibi ſic dicentem, Marine ſerve Domini, pro vivis iugiter oras, etiam pro mortuis te decet ſumere laborem. Secunda vero vice, dum miſſam celebraret more ſolito, vox ei repente dicebat de cœlo: labora ſerve Dei! certa erit remuneratio tua, nec non & ſocii tui Anniani, qui in una die tecum coronam immarceſſibilem recepturus erit: quia unam vitam in hoc mundo dilexiſtis, ideo in una die ſimul coronari digni eſtis. Ipſe quoque S. Annianus levita domini, non longe ab hoſpitiolo beati Marini, in ipſa heremo habebat hoſpitium fere duorum ſpatio milliariorum. Sanctis quippe diebus, atque domi-

dominicis in unum locum simul venientes, osculantesque se invicem, atque missam celebrantes discedebant ab invicem. O quam beata istorum sanctorum Marini & Aniani societas fuit, que omnium sanctarum virtutum insigni splendore mirifice in Christi effulsit! illis enim iuxta Apostolum, Christus vivere fuit, & mori lucrum, quem semper unanimes in vita sua diligentes, nihil in terris amabant caducum. Quis vero hominum illos digne valet laudare? de quorum incomparibili laude solet Apostolus huiusmodi preconia fidelibus enarrare: oculus, inquit, non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit, que preparavit Deus diligentibus se. Sed quia psalmista omnibus recte credentibus precipit, ita laudate dominum in sanctis eius: ideo pro posse & nosse nostro ipsos totis nisibus nostris laudare studemus, in Christo eos ex omnibus viribus magnificamus, laudem Christi in ipsis predicamus, quorum intercessione nos a Christo salvari speramus. Gesta eorum scimus descripta esse pauca, veluti de sanctis Enoch, & Melchisedech nobis modicum quid indicat veteris testimenti pagina. In novo quoque testamento parum legimus de Apostolo Mathia, atque de aliis sanctis, quorum nomina sunt plurima, & tamen ipsorum merita in domino per loca pleraque glorificantur mirabilia. Similiter istorum sanctorum dicta & facta, quamvis breviter sint scripta, coram Domino tamen laudibus ab angelis & hominibus digne extolluntur per secula, Quamdiu enim in carne sancte vixerunt, secundum evangelicum Domini preceptum, lumbis suis precinctis, lucernas ardentes in manibus vexerunt; quia non sibi solis bene vivebant, sed dominum pariter audientes, ut in apocalypsi spiritus sanctus precipit, proximo veni dicebant. Verbis ergo salubribus Christianos docuerunt, semper diligere perpetuam vitam. exemplisque sacris incitabant eos, per arctam salutis incedere viam. Unde nunc merito illud, quod Dominus in Evangelio iustis promittit, possident premium: fulgebunt,

gebunt, inquit, iusti sicut sol in regno patris eorum; de quibus, & eorum similibus iugiter per omnes Ecclesias canitur dulci cantilena, quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. Veruntamen sicut sol & luna in cœlo fulgent duo magna luminaria, ita si licet magnis componere parva, duorum istorum sanctorum Marini, & Aniani late in terra splendent sancta exemplaria. Sol namque mundum illustrat suo splendore, & vegetat proprio ardore: sic & sanctus Marinus geminis coronis, sacerdotio scilicet sancto & martirio decoratus est, quibus sanctam Ecclesiam merito illustrare, & precibus fovere a cunctis pie viuentibus digne creditur, & speratur. Nihilominus vero luna, solarem sequens cursum omni mense, iureque dicitur luminare minus, carens universo calore, claroque tantummodo splendens fulgore, cur non apte comparetur S. Aniano? qui fideliter ministrans S. Marino, S. Confessione absque Martirio placere meruit Christo. Ipsum quoque cotidie cum S. Martire Marino prisca exorat Ecclesia, cum quo dignus fuit una eademque die ex vita carnali ad regna vocari pariter cælestia.

Temporibus ergo Regum Pipini & Karolomani, quando in Francia regnaverunt, ipsi sancti predicti, ut supra scriptum est, mira sanctitate in Norica provincia in deserto quodam cis alpinos montes sito per multos annos in Christo claruerunt. Adveniente autem die eorum vocationis ad Christum, sicut eis iam dudum cælitus est promissum, simul ambo una die migraverunt de hoc mundo, licet hinc essent assumpti diverso modo. Igitur crudelissima gens Wandalorum eadem tempestate idololatriam colens ritu paganorum, de propria egrediens patria, longe lateque plura desiderabilia loca vastaverat in provincia Boioiaria, quam circumquaque percurrens pervenit etiam ad cellam sancti Marini, quem reperit nil hostilem incursionem formidantem intente officiis assistere serviminis divini. Unde feroces homines nimio concitati furore sanctum Virum studuerunt maximo perturbare dolore.

Omnia namque eius utenſilia primitus deſpoliando violenter ei abſtulerunt. Moxque illum, ut Chriſtum negaret, plurimis tormentis ſtuduerunt compellere. Diutinis vero illum verberibus affligebant; poſteaquam eum ſævis ungularum lacerationibus eculeo ſuſpenſum, usque ad nuditatem coſtarum conſtringebant. Sanctus autem vir inter tantas pœnas corde & ore Chriſtum confeſſus, hilari mente illud pſalmographi carmen canebat indefeſſus: Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo & reliqua. Illos etiam, qui ſe cruciabant, totis nifibus ad dominum convertere deſideravit, quibus verbum ſalutis conſtanter, quaſi nihil mali ſuſtinens prædicavit. Sed nullo modo durum cor & inpœnitens potuit ſalutiferis doctrinis emollire, quin, ut Apoſtolus ait, ſibi theſaurizaverunt iram in die ire. Quid plura? ſupra modum ergo iidem hoſtes ex patientia ſancti viri truculentiores facti, & plus quam ille beatus corpore torqueretur, cordibus ſuis cruciati, noviſſimam hanc ſententiam ſuper ipſum fieri ſtatuerunt, ſcilicet, ut grandi igne eum comburerent, quem præfatis atrocibus penis ſuperare non valuerunt. Tali quoque tormento Martir ſanctus carnem relinquere optavit, qui cum ſancto Laurentio & cum aliis ſanctis per ignem necetenus coronatis palmam martirii ſibi concedere dominum ſemper oravit. Concupivit enim poſt obitum ſuum cum pſalmiſta Domino gaudens concinere: probaſti Domine cor meum & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas. Succenſo itaque a Wandalis cumulo lignorum copioſo immiſſus flammis vir Domini Marinus XVII. Kal. Decemb. ad Chriſtum migravit fine glorioſſ. Prius tamen, quam obiret, in medio incendiorum, more trium puerorum a Chaldæis olim iuſſu Nabuchodonoſor Regis in fornacem ignis miſſorum, quamdiu voluit, Dominum laudans, per flammas illeſus deambulavit. Denique cum gratiarum actione animam Domino reddens in manus ſanctorum Angelorum eam commen-

mendavit. Nullum vero eius membrum ignis potuit consumere, neque saltem vestimenta eius valuit comburere. Profani autem Wandali, relicto in igne S. Martiris corpore discesserunt; sed Domino disponente ad cellam S. Aniani non venerunt. Interea namque ipse S. Anianus corporali infirmitate preoccupatus, pretiosam in conspectu Domini mortem sui magistri S. Marini nescivit, & quia ab eo in cella sua duobus milliariis sequestratus erat, ipsum eadem die passionis eius corporaliter visitare nequivit: quem statim spiritualiter subsequens anima sua de corpore exivit. Qua lingua vel quis sermo hominum sufficit, domini mirabilia digne laudare? cuius gratia hunc eius confessorem a sancto suo Marino noluit separare. Christum enim super salutem, & omnem pulchritudinem diligens, si persecutionis tempus ei cruentos tortores adtulisset, omni devotione millenis cruciatibus mori pro Domino concupisset. Unde eius meritis convenienter valet illa laus coaptari, que de sancto Martino per omnes Ecclesias solet recitari, atque cantari. O sanctissima anima, quam etsi gladius persecutoris non abstulit, tamen palmam Martirii non amisit. Precipue quidem in omnibus, & per omnia laudandus est a fidelibus suis rerum conditor, & rector, qui in suis universis creaturis solius hominis est redemptor. Hic enim a psalmista iuste mirabilis Deus in sanctis suis vocatur, quia in eis, & per eos mirabiles res in toto orbe terrarum iugiter operatur. Ex protoplastorum ergo culpis homo vanitati similis factus est, sed divina miseratione paulo minus ab Angelis minoratus, per incarnationem Iesu Christi gloria & honore indeficienti modo coronatus est. Hinc vero istos Sanctos Marinum Martirem & Anianum Confessorem Dominus mirabiliter disposuit diversa carnis morte coronatos diversis in locis una in die corporabiliter finiri, atque simul pro sancta caritate, qua se invicem viventes dilexerunt, in uno tumulo decrevit mortuos sepeliri. denique post se-

licem obitum eorum ex divina revelatione quidam presbiter, nomine Priamus in eodem pago habitans sepelivit eos pariter in uno loco, ubi requieverunt eorum sacra corpora longo tempore. Quanta autem miracula Dominus ibidem feciſſet per merita & interceſſiones eorum, ex negligentia ſcriptorum minime tradita ſunt memorie poſterorum. Verum nec nomen heremi ſcimus, in qua viri ſancti viventes converſati ſunt; nec locum, in quo defuncti a Priamo tumulati ſunt. Forſitan etiam tunc temporis ſcriptores propter hoſtiles incurſiones rari inveniebantur, ſeu certe nomina eorundem locorum hi homines occultare nitebantur, qui in alium eiusdem Norice provincie locum Sanctorum iſtorum corpora transtulerunt, que in Eccleſia cuiusdam Ville iuxta Oenum fluvium ſite & a quodam amne Rota vocate ſepelierunt. nimirum & apud poſteros nomina eorum ſunt occultata, a quibus iam dictorum membra Sanctorum fuerunt translata, quia timebant, ſi ante multos annos illa translatio vulgaretur, quod a prepotentibus viris theſaurus tam ſanctus illis reperatur. locus quidem ipſe, in quo nunc iidem Sancti ſepulti ſunt, proprius ex antiqua Parentum ſuorum hereditate erat famoſi in *Bawaria Preſidis*, *Poppo nomen* habentis. Poſt hunc quoque heredes eius ipſum locum in proprietatem, ut par fuit, acceperunt, qui in aula Regali tam clariſſimi Noricorum, quam etiam nobiliſſimi fuerunt. Horum omnium corpora iuxta Eccleſiam predictam Sanctorum Marini & Aniani modo ſunt ſepulta, quam ipſi Præſides, dum adhuc vixerunt, ornare & locupletare ſtudebant opulentia multa. Ubi primum miniſtros Domino ex clericali officio quam plures colligebant, poſteaquam monaſticam ibi vitam *Chonradus*, *alias Chuno aulicus Preſes Comes*, *utriusque Popponis*, *Avi ſcilicet & Patris eius preclarus heres pro anima filii ſui* in bello occiſi, & pro aliis ſuis cognatis inſtituebat; & predia ſua illuc perplura in elemoſinam ſui tribuebat. Illic denique Chriſtus ſepe dictos Sanctos ſuos

ſignis

ſignis & prodigiis glorificat, quibus fideles ſuos de eorundem patrocinio Sanctorum certificat, quod egritudines tam animarum, quam corporum iugiter ab omnibus in Eccleſia illorum digne orantibus depelluntur, atque optata illis beneficia inibi conceduntur. quanti vero energumeni ibidem a demoniis liberati, quantique ceci ſint illuminati, quot ſurdi auditum illic clarum ſepe percepiſſent, quotquot claudi inde forti greſſu rediiſſent, & quam plurimi manci in eodem loco manibus ſanitate plenis ſunt letificati, vix quisquam ſapiens gramaticus literis pleniter poteſt teſtificari, etiamſi in metro Virgilii potiatur ſcientia, ſeu Tullii in proſaico dictamine perfruatur eloquentia. Quos vero ſcimus de ſupernis laudibus exultare, nos nequaquam digne valemus laudare; hinc cum Pœta predicto dicimus dolentes, non omnia poſſumus omnes. Verum ſapientia Domini, que os mutis aperit, & linguas infantium diſertas facit, nobis, ut ſperamus, facultatem dignabitur donare, qua ſaltem unum de iſtis Sanctis miraculum veteris Teſtamenti ſigno propemodum ſimile utcunque valeamus, licet vili ſermone, ennarrare. Legimus enim in geneſi libro, quia Loth inter iniquos Sodomitas iuſte & pie vivens quodam veſpere duos Angelos ſuſcepit hoſpitio. Hos vero quia ignorabant impii Sodomitæ tribulare cupientes, per totamque noctem domum Loth errando circuientes, eius ianuam non poterant invenire, de qua demum confuſi pre laſſitudine coacti ſunt abire. Similiter temporibus S. Oudalrici auguſtenſis Epiſcopi ſic legitur in vita eius. Hungari adhuc pagani de ſuis egreſſi ſunt finibus, qui totam Bauvariam vaſtantes Eccleſiam predictam S.S. Marini & Aniani venerunt, cuius ianuam in clara die invenire non potuerunt, intra quam multi Chriſtiani cum ſuppellectile ſua tunc fuerunt. Irati ergo Hungari putabant, Eccleſiam oſtium non habere, quod in conſpectu habentes divino nutu non poterant videre, moxque in auſtrali parte Eccleſie ſecuribus cedentes murum fragili lapide conſtructum celitus

enervati viribus perforare nequiverunt. Unde adhuc venientibus illuc geminis fornicibus in muro semicesis huius memorabilem famam reliquerunt. In atrio etiam eiusdem Ecclesie ianuam oratorii illic constructi invenientes clausam, vix ab illa unam abscinderunt particulam, & statim divinitus perterriti arripuerunt omnes celerem fugam. O nimis laudanda sanctorum merita veneranda! o ineffabiliter laudabilis Christi gratia perpetim incomparabilis! duobus olim Angelis intervenientibus nocte Sodomitis ostium domus Loth invenire non valentibus, cito eis venit interitus flamis celestibus. Duo quoque Viri angelici Marinus & Anianus a Domino obtinuerunt, quod Hungari Ecclesias eorum ingredi non potuerunt, qui deinde omnes, nisi pauci profugi, a primo Ottone Imperatore in Campo, qui Lechfeld dictus est, interierunt. Nos ergo Fratres hoc signum sepe memorantes deprecemur istos Sanctos ingiter pro nobis orare Dominum, ut nos semper protegat ab insidiis inimicorum omnium, & optata nobis pace concessa nos eruat a peccatis, & tribulationibus cunctis, augeatque de die in diem profectum nostrum in virtutibus sanctis, pro quibus perpetim ab infernali liberari damnatione mereamur, atque coram Domino digni inveniamur perpetua corrouari salvatione prestante Domino nostro Iesu Christo; qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia secula seculorum Amen.

Nota. Legenda hæc descripta est ex pervetusto codice membranaceo Tegernseensis Abbatiæ circa An. 1150. exarato, in quem præter eam congesta sunt acta S. Niceti Episc. S. Hydulfi, S. Maximiani, S. Simonis, S. Gamulfi, S. Odiliæ Virginis, S. Erhardi, S. Martialis, S. Sigismundi Regis. S. Leonardi: miracula S. Leonis & translatio S. Benedicti. Contulimus exemplar Tegernseense cum alio, quod in Bibliotheca Rotensi exstat, descripto circa An. 1430 nec ullam fere inter utrumque deprehendimus discrimen, nisi quod Rotensis Scriptor nonnulla subinde adjecerit quæ illustrandæ familiæ Rotensi inservirent. Sic p. 348. *Cuononi Præsidii Comiti subinuxit, Utam fundatricem, Chunonem minorem filium, Elisabetham uxorem filii de Lottring, & Irmgarten filiam, sororem minoris Palatini:* quæ etiam verba in Codice Tegernseensi, aliena quidem manu

manu, sed quæ seculum 15. vix superat, in margine adjecta deprehendes. Cæterum, hæc dubium ne tibi moveant ullum Lector, super Uta Cunonis Rotensis palatini Conjuge: sistunt eam Necrologia & Kalendaria Rotensis Cœnobii, quorum plurima adsunt haud spernendæ antiquitatis ad unum omnia, illiusque memoria ad diem X. febr. his verbis annotari solet: *Uta* Comitissa fundatrix huius loci.

N. II. Diploma Arnolfi Imperatoris Choloni cuidam concedentis bona in Herigolteshusa. Anno 899.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Arnolphus divina favente gratia Imperator Augustus. Omnium igitur sancte Dei ecclesie fidelium presentium scilicet & futurorum cognoscat industria, qualiter nos ob augmentum mercedis nostre atque interventum Isangrini illustri comitis nostri & Engilberti, cuidam vasallo *Luitpoldi dilecti Comitis nostri*, nomine Cholo quasdam res iuris nostri, quod ad ministerium Iringi comitis hactenus pertinebat in Comitatu Chuniberti in loco Herigoldeshusa nuncupato, quod quondam Engilmuot in beneficium habere visus est, iure perenni in proprietatem donavimus cum curtilibus, edificiis, & dimidia parte de universis ecclesie mancipiis utriusque sexus, agris, pratis, pascuis, silvis, terris cultis, & incultis, viis, & inviis, exitibus, & reditibus, aquis, aquarumque decursibus, molinis, piscationibus, mobilibus & immobilibus, quæsitis & inquirendis, *pontis* & cum omnibus ad easdem res iuste ac legitime pertinentibus. Iussimus quoque hoc presens munificentie nostre preceptum inde conscribi, per quod decernimus, atque omnino iubemus, ut memoratus Cholo firmissimam exinde habeat potestatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi vel quidquid exinde sibi placuerit faciendi, & ut hec largitionis nostre authoritas firmiorem in Dei nomine obtineat stabilitatem, manu nostra subter eam roborantes anuli nostri impressione iussimus sigillari.

Signum Domini Arnolfi — — Imperatoris.

Engil-

Engilperd Notarius ad vicem Wichingi Episcopi recognovi. Data VI. Id. Febr. An Domini DCCCXCVIIII. Anno XII. Regni Arnolfi Regis. Imperii autem eius III. indictione II. Actum ad Regenspurg in Dei nomine feliciter. Amen.

Not. Singulare prorsus monumentum, quod nobis origines Comitum de Rota tantum non indicare videtur. Credibile enim est omnino *Colonem* illum, qui ab Arnolfo Cæsare *Herigolteshusam* accepit, Satorem fuisse Rotensium Dynastarum, qui vicum Herigolteshusam post eum possederunt, ac monasterio Rotensi tandem donaverunt ad An. usque 1683. conservandum. Cæterum haud erit de nihilo annotasse autographum diploma hodieque apud Rotenses asservari illæsum, quin & illæsum fere esse Sigillum.

N. III. Heinricus IV. Imp. confirmat. Fundationem Monasterii Rotensis. Anno 1073.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Romanorum Imperator Augustus. Regalis dignitas & imperialis maiestas ad hoc divinitus ordinata est, ut superborum temeritatem comprimat, fidelium vero devotionem maximeque Deo famulantium humilitatem pia devotione muniat, roboret atque confirmet. Ideo fidelis nostri *Cononis Palatini* memoriam posteris scripto transmittimus, quia Deum & S. Petrum omnium rerum suarum heredem reliquit. Habuit enim duos liberos, quibus substantiam suam divisit: Cononem scilicet & Ermingardam, que, cum marito traderetur, portionem sibi debitam accepit, & de parte reliqua omnem calumpniam legitime refutavit. Deinde filius quoque duxit uxorem, celebratisque nuptiis, cum multi conveniissent, inierant consilium parentes cum filio & nuru

sua,

ſua, ne in die bonorum immemores eſſent malorum, & ut illi, qui omnia dedit, aliqua tribuerent. Convenerunt ergo in hoc, ut in loco & fundo, qui dicitur Rota, quem preterfluit Enus fluvius, qui eſt in comitatu *Arnolfi Comitis*, a) monaſterium conſtruerent, ibique Monachos Deo famulantes congregarent. Placuit hoc filio, placuit nurui, ſimulque cum parentibus ad altare SS. Marini & Aniani procedentes tradiderunt Deo, & ſanctis eius, quidquid in regno noſtro poſſederunt, ſi absque liberis obirent. Nurus quoque dotem, quam ex marito acceperat, monaſterio in legitimam poſſeſſionem tradidit cum omni patrimonio, quod in Lotharingia poſſederat, ſi ex eodem marito Conone liberos non generaret. Evolutis autem aliquot diebus filius ad ſervitium noſtrum vocatus in bello cecidit, & ſic omnis hereditas ad monaſterii ius, cui traditum fuerat, rediit. Orbatus vero pater tota mente ad Deum convertitur, ſublatoque corpore filii ſui, & aſſumpta nuru, que ſine prole remanſerat, ad monaſterium properat, exequias celebrat, celebratisque exequiis traditionem renovat. Dat ſocer hereditatem, nurus dotem, non conditionate ut prius, ſed perfecte Deo & ſanctis eius in perpetuum. Offeruntur viri militares, qui dicuntur miniſteriales cum prediis & poſſeſſionibus ſuis, quos domi forisque cuſtodes lateris habebat, quibus etiam iura ſtatuit, ut monaſterii gloriam teneant, & Abbatibus libere ac regulariter ſubſtituendis honeſto loco, gradu & ordine deſerviant. Traduntur familie diverſi ſexus & etatis, quibus etiam tertiam partem ſervitii ſui relaxavit, hisque diſpoſitis conditionem conſumat, & predia notata inferius Deo & fratribus regulariter viventibus confert. Rota in quo eſt monaſterium cum eccleſiis, decimis, terminis & appendiciis ſuis. In parochia Echmeringen triginta manſos cum parte eccleſie, terminis & appendiciis ſuis. Buoſtetten. Oettingen. Ask. Neufarn cum eccleſia, decimis & appendiciis ſuis. Volkmarſtorf cum vineis & agris vinitorum. He-

rigoltshuſen cum eccleſia, decimis, terminis & appendiciis ſuis. Rota, quod adiacet Glone flumini, cum eccleſia, decimis, terminis & appendiciis ſuis. Harde. Bruntal. Helphendorf. Tocinhuſen. Warte. Veriſtetten. Wachreine. Ourholz. Walcheſe. Choletal. Billerſe per totum cum eccleſia, decimis, terminis & appendiciis ſuis in Luichental, Stegen, Wiſinſchwank, Crieſcenowe, Grantowe, Barne, & quidquid a Sorichen usque ad Iochberg habuerat, preter unam manſionem, apud Wiſinſchwank, quam filie ad pernoctandum tradiderat, cum de loco ad locum tranſiret. Apud Halle patellam ſalis & locum patelle. In Soubeca duos manſus. In Wibetal ſtabularem curiam. Ad ſlones duos manſus. Ad valles in monte, qui dicitur Bitimo quinque manſus. Ad Suſan in Poſzen curiam & vineas. Ad Poblice & in ipſa villa curiam & vineas. In Carinthia caſtrum, quod dicitur Urſen, & circa caſtrum ſexaginta manſus. Iuxta Moram fluvium Flachſaha. Iuxta Liesniche Meizzenſtein. In Marchia iuxta Rabam fluvium Chuniberge cum terminis & appendiciis ſuis. In oriente Breittenowe, Suarzaha, Luiprandeſtorf, Snozindorf, Hederiſcheswerde. Iuxta danubium verſus Hungariam, Viskahegemunde, Chrunbiunuz, Bwanc cum terminis & appendiciis ſuis. In Trungowe curiam. Ad Gruninbach ſex vineas. Ad Hurperih cum vineis agros vinitorum. Ultra Chambe Choſtingen & Reſwetingen cum eccleſia, decimatione, theloneo, terminis & appendiciis ſuis. Iuxta flumen, quod dicitur Raba Urndrechſtorf. Curiam ſuam Ratisbone iuxta ſanctum Caſſianum cum atrio per circuitum & edificiis. In Suevia villam, que dicitur Eslingen. Hec omnia cum omni iure tradidit, cum areis & edificiis, agris, campis, pratis, molendinis, aquis, aquarumve decurſibus, ſilvis venationibus, ſectione, ſaginacione, & que habentur vel haberi poſſunt; in legitimam poſſeſſionem Rotenſis monaſterii: de quibus etiam nurus ſua Eliſabeth ſtatim monaſterium inveſtivit &

poſtea

poſtea in beneficium accepit. His ergo prediis atque reditibus vir fidelis Rotenſe Monaſterium fundavit, ac fundatum beato Petro & Romane eccleſie tradidit per manum *Eberhardi de Razenhoven*, qui & primus Bizantium annuatim perſolvendum lateranenſi palatio, perſolvit, ac ſic loco, atque familie tutelam apoſtolice defenſionis obtinuit. Obtinuit quoque monaſterio liberam Abbatis electionem, Baptiſmum, ſepulturam, & ut advocatum non habeant, niſi quem velint: quia iam legitima ſucceſſio advocatorum ceſſaverat, mortuo ſine liberis filio, & ad filios filie ius illud non pertinebat. His ita peractis noſtram preſentiam adiit, noſtraque imperiali auctoritate hec omnia roborari expetiit. Nos vero devotioni tanti Principis exhilarati, ac petitione eius inducti Pontificalem auctoritatem noſtra auctoritate munivimus, & quidquid conceſſit, conceſſimus: ſtatuentes, ut nulla eccleſiaſtica ſecularisve perſona audeat prefati Monaſterii iura infringere, perſonas turbare, poſſeſſiones invadere, minuere, aufferre, vel ablata retimere, terminos cohibere, vel transgredi, nec ullam poſſeſſis, vel in futurum poſſidendis violentiam inferre. Si quis contra hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens Rotenſe monaſterium infeſtare preſumpſerit, veniat ſuper illum apoſtolica maledictio, noſtrique violati edicti dura compoſitio, noveritque ſe mulctatum centum libris auri, cuius medietas noſtre camere, alterum vero medium fratrum uſibus perſolvetur. Hoc ergo ut firmiter teneatur, locique libertas pax & ſecularitas omni evo ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc preſentem conſtitutionis paginam inde conſcribi fecimus, noſtrique ſigilli impreſſione muniri.

Signum Domini Henrici Regis invictiſſimi Egilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognovit. dat. non. Sept. Anno Dominice Incarnationis MLXXIII. indictione XI. Anno autem regni Henrici XX. Actum Ratisbone feliciter Amen.

Presidente Rome Apostolicam sedem Gregorio VII. qui & Hiltprandus.

a) *Andecensis*, &, nisi omnia nos fallunt, fundatoris Atilensis.

Num. IV. Innocentius Pont. max. confirmat jura Monasterii Rotensis An. 1142.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Bertrico Abbati Rotensis Monasterii, eiusque Fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prefatum Sanctorum Marini & Aniani Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus: statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium inpresentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Sancimus etiam, ut ordo monasticus secundum beati Benedicti regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur, atque nulli fratri post factam professionem proprium quid habere liceat, sed in Abbatis sui obedientia cum omni humilitate permaneant. Laborum quoque vestrorum, quos propriis manibus, aut sumtibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere presumat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astucia vel violentia preponatur, sed liceat vobis communi consilio & parti consilii sanioris

nioris ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam absque ullius contradictione Abbatem eligere. porro loci veſtri advocatiam nullus invadere vel uſurpare preſumat, niſi quem Abbas & Fratres ſecundum Deum & utilitatem ipſius Monaſterii ibi providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Ad indicium autem huius a ſede apoſtolica percepte protectionis, Byzantium aureum nobis, noſtrisque ſucceſſoribus annaliter perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit; ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit; poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpretrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iuſte ſervantibus ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant.

Ego Innoc. Cathol. Eccle. Epps. SS.

† Ego Stephanus Præneſtinus Epiſc. ſubſcripſi.
† Ego Guido S. R. E. indignus Sacerdos SS.
† Ego Boethius Presb. Card. tit. S. Clem. SS.
† Ego Lubaldus Diac. Card. S. Mar. in via lata SS.
† Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicol. in Carc. SS.
† Ego Guido Presbiter Card. tit. S. Chriſog. SS.
† Ego Petrus Diaconus Card. S. Mar. in Porticu SS.

Dat. Lateran. per manum Gerardi S. Rom. Ecclesie Presb. Car. & Bibliothecarii VIII. Id. Decembris Indict. VI. Incarnat. Dominii Anno MCXLII. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. Anno XIII.

Num. V. Innocentius II. committit Cunrado Archiepisc. Salisburg. tutelam Monasterii Rotensis contra Henricum Comitem de Lechsgemund. An. 1142.

Innocentius Episc. Servus Servorum Dei venerabili Fratri C. Salzburgensi Archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem. Dilectus filius noster Berticus Abbas Rotensis ad nostram presenciam veniens graviter questus est, quod *Henricus Comes de Lechismunde* possessiones sui Monasterii iniuste occupaverit, & privilegium Sedis apostolice, postposita omnipotentis Dei reverentia, suo Monasterio violenter abstulerit. Quod quam grave sit, quantaque animadversione plectendum, fraternitati tue incognitum esse non credimus; quocirca per presentia tibi scripta mandamus, & mandando precipimus, quatenus eundem comitem privilegium & possessiones eiusdem Monasterii reddere prefato Abbati aut in tua presentia iustitiam facere districte commoneas. Quodsi intra 40. dies post tuam commonitionem adimplere contemserit, canonica eum censura coherceas. Datum Lat. VIII. Id. Decembris.

N. VI. Celestinus II. Pont. max. commendat Rotam vicinis Episcopis. An. 1144.

Celestinus Episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus. C. Salzburgensi Archiepiscopo Hen. Ratispon. & R. Patavienſi Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem. Fraternitati vestre notum esse credimus, quod Rotense Monasterium cum omnibus bonis suis, iuris beati Petri existit, & ad eius proprietatem & defensionem specialiter pertinere dinoscitur. Unde tanto propensius ipsum Monasterium & fratres inibi domino servien-

vientes iuvare & manutenere debemus, quanto ſpecialius eos ad ius ſedis Apoſtolice pertinere, & ſub eius protectione ac defenſione permanere cognoſcitis. Quocirca per preſentia vobis ſcripta mandamus, quatenus pro beati Petri & noſtra reverentia dilectum filium B. eiusdem loci Abbatem, fratres quoque eius, & eorum loca diligatis, & honoretis, iuvetis & manuteneatis, atque a pravorum incurſibus defenſetis. De Parochianis vero veſtris, de quibus vobis queſti fuerint, occaſione remota plenam eis iuſticiam faciatis. Dat. Lat. IV. Non. Ian.

N. VII. Celeſtinus II. Papa committit Waltero Epiſc. Auguſtano tutelam Monaſt. Rotenſis contra viduam *Comitis Ottonis*.

Celeſtinus Epiſc. ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Waltero Auguſtenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius noſter Bertcus Rotenſis Monaſterii Abbas ad ſedem Apoſtolicam veniens in preſentia noſtra queſtus eſt, quod G. relicta Ottonis Comitis & Sigfridus miniſterialis tuus quasdam poſſeſſiones ad ius Monaſterii ſibi commiſſi pertinentes violenter auferant, & iniuſte detineant: & quoniam ipſum Monaſterium cum omnibus bonis ſuis iuris beati Petri exiſtit, & ad eius proprietatem & defenſionem ſpecialiter pertinere dinoſcitur, per preſentia tibi ſcripta mandamus, quatenus prefatos invaſores bona eiusdem Monaſterii iam dicto Abbati & fratribus reddere, & in pace dimittere diſtricte commoneas. Quodſi facere contempſerint, eccleſiaſtica eos cenſura coherceas. Dat. Lat. IV. Non. Ian.

N. VIII. Eugenius III. confirmat iura monaſterii Rotenſis.

Anno 1151.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Lothario Rotenſis Monaſterii Abbati eiusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoties illud a nobis petitur, quod religioni & honeſtati conveniri

nire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & felicis memoriæ Innocentii prædeceſſoris noſtri veſtigiis inherentes, Rotenſe Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Dei timorem & beati Benedicti Regulam in eodem loco auctore Deo inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus vocabulis annotanda. Rota, in quo ipſa abbatia ſita eſt, cum eccleſiis, decimis, terminis & ceteris pertinentiis ſuis. In parochia Ehemeringen triginta manſos cum parte Eccleſie ſancti Pancratii, decimis, & appendiciis ſuis, Beuſtetten, Outtingen, Aske, Nivvarn cum eccleſia eiusdem loci decimis, & appendiciis ſuis. Volkmariſtorff cum vineis & agris vinitorum. Erigolteshuſen cum eccleſia eiusdem loci, decimis & appendiciis ſuis. Predium, quod appellatur Rota adiacens Glone flumini cum eccleſia ſancti Georgii, decimis & appendiciis ſuis. Harde, Brunintal, manſum apud Truchteringen, Helpfendorf, Tuntinhuſen, Warte, Veriſtetten, Wachreine, Turholz, Walchſee, Colental, totum Billerſee cum eccleſia eiusdem loci, decimis & appendiciis ſuis. In Luihental Stegen, Wiſſinſchvvank, Crieſſenovve, Grantovve, Barne & quidquid illuſtris memorie Cuno Palatinus a Strichen usque Iochperg iuſte habuerat, pia devotione vobis ab eo conceſſum, preter unam manſionem apud Wiſinſchvvank; apud

Halle

Halle patellam ſalis & locum patelle, in monte, qui dicitur Ritimo unum manſum, in Pozen curiam & vineas, in Hartperch ſex vineas & agros. Choſtingen, & Ratisbone curiam iuxta ſanctum Caſſianum cum atrio per circuitum & edificiis. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus a vobis decimas preſumat exigere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe ſancimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deſiderauerint, deuotioni & extreme voluntati, niſi excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Porro loci veſtri advocatiam nullus invadere, vel uſurpare preſumat, niſi quem Abbas & fratres ſecundum Dominum, & ipſius monaſterii utilitatem elegerint. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci Abbate, aut tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam providerit eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva dioceſanorum epiſcoporum canonica iuſtitia & reverentia. Ad indicium vero percepte huius a ſede apoſtolica protectionis Bizantium aureum nobis, noſtrisque ſucceſſoribus annaliter perſolvetis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem

autem eidem loco fua iura ſervantibus ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Cathol. Eccleſ.
Epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Gregorius Presb. Card. tit. S. Caliſti SS.
† Ego Imarus Tuſcul. Epiſc. SS.
† Ego Otto Diac. Card. S. Georg. ad velum aureum SS.
† Ego Nicolaus Albanus Epiſcopus SS.
† Ego Guido Diac. Card. S. Mar. in porticu SS.
† Ego Guido Presb. Card. tit. paſtorum SS.
† Ego Bernardus Presb. Card. tit. S. Clementis SS.
† Ego Iordanus Presb. Card. tit. S. Suſan. SS.
† Ego Octavianus Presb. Card. tit. S. Cæciliæ SS.
† Ego Ceneius Diac. Card. S. Rom. eccl. SS.

Dat. Ferentini per manum Boſonis S. R. E. ſcriptoris III. Kal. april. indict. XIV. Incarnatis dom. A. MCLI. Pontificatus vero Eugenii P. P. III. Anno ſeptimo.

N. IX. Sententia Alberti Epiſcopi Tridentini contra Henricum Comitem de Lechsgemund. Anno 1166.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Abbas Lotharius probaverit teſtibus ſub ſacramento inductis & certis indiciis probantibus, talia predia pertinere ad res ſue Eccleſie, qualia *Comes Henricus de Lexmund pater iunioris* iniuſte ſubtraxit. Hec facta ſunt ſub iudice Domino Adelberto Tridentine Eccleſie Epiſcopo & coram Adelberto Friſingenſi Epiſcopo aliisque Principibus *Arnoldo de Moricht*, *Pertoldo de Tyrol* aliisque multis. Cuius rei teſtes ſunt ſubſcripti *Adelbrecht de Libe.* Aribo & frater eius Khunradus Clericus. Eberhardus. *Rudbertus de Salurne. Chadelloh de Wincke, & frater eius Lanoo, Khun-*

Chunrad de Sever. Agilolf. Volmar de Peleheim. Albrecht Cholbe. Udalricus de Ginſe. De Miniſterialibus *Gotſcalc de Winche. Otto & iterum Otto. Henricus de Polen. Reginbertus. Pertholdus de Moricht & Fridericus. Arnoldus & Geroldus de Tirol. Marchwartus Perthold de Dolin. Gotboldus & fratres eius Heinricus & Adelbertus de Gurlan. Aſcwin. Penle. Reginpolt. & filii eius Perthold. Taldo. Reginpolt. Morhart. Bernhard de Pozen. De Miniſterialibus Friſing. Eccleſie Waltman & frater eius Rudolfus de Paſtperch. Engilwan de Ahedorf. Eberhardus de Werd. Adelbertus. Gotfridus. Eberhardus & Rudiger & filius eius Gebhardus Comites de Lengendorf.* Adelhart. Marchwart. Otto. Weinher de Rota. De curia Domini Tridentini Epiſcopi Pruno. Philippus. Heinricus de Verona. Romanus. Pertholdus Capellani Domini Tridentini Epiſcopi. Dominus Hartaund. & Rachewinus & Wirnt Capellani Friſing. Epiſcopi.

N. X. Sententia alia eiusdem Adelberti Epiſc. Tridentini contra Neocellam. An. 1166.

Demnach Herr Albrecht von Gottes Gnaden der ehrwürdigen Kirchen zu Trident Biſchof, wegen des Streits, ſo da war zwiſchen denen Brüdern zu Neuſtifft bey Brixen, und dem Abten von Rot beiden ein Termin von ſechs Wochen geſetzet, iſt der Abbt von Rot umb Recht zu geben und zu empfangen auf beſtimmten Tag bereit erſchienen: Die Brüder aber von Neuſtifft gar nit; ſondern haben auch den peremptoriſchen Termin verſtreichen laſſen. Alſo hat hochgedachter Biſchoff der Richter und die Räth wegen den von Neuſtifft die Umfrag getan: die dann einhellig aus denen Rechten den Schlus gemacht, und bemeldtem Abt von Rot die Beſizung zuerkannt: und ſetzen ihn hiemit in ruhigen Poſſeſs desjenigen, weſſen er beraubet war. Gegeben in obgedachter Statt in ſand Ulrichshof im Iahr der Menſchwerdung 1166. Ind. XIV. am Erchtag des Kal. Septemb.

deſſen ſind Zeugen: . . . . Heinrich der Richter Herrn Friederich des unüberwindlichſten Kayſers. Salomo Dechant des Chors zu Trient, Dominicus Prieſter Herr *Conrad von Flaund.* Magiſter Romanus: *Graf Hermann: Herr Carbonius von Pac*, Udalſcalcus Feuber, Otto Luogh, *Artwic von Bavulano* (*Rudbertus von Saturno, Spiano Toringer; Dominus Arbo de Cleiſſe Conradus de Raſſule* und andere mehr. Ich Malwarntus ſeiner Kayſerlichen Maieſtät Friderchs Notarius bin dabey geweſen, und damit das gewiſſe nit verungewiſſet werde, hab ich auf Befelh obengemeldten Herren Biſchofs dieſes Breve geſchrieben an dem Tag wie oben ſtet).

Not. Superfuit adhuc autographum latinum huius documenti An. 1687.; quo illud germanice reddidit, in ſua *Rota Aurifiaca*, P. Daniel Molitor. Poſtmodum vero, neſcimus quisnam homo barbarus, cui libros nonnullos compacturo opus erat laciniis membranaceis, immiti forcipe abſcidit maximam ſcedulæ partem: ita quidem, ut quinque tantummodo hodiedum ſuperſint lineæ, quibus inſcripta ſunt nomina teſtium, in apographo quod exhibemus Germanico, parentheſi clauſa: Scilicet *Rudbertus de Saturno, ſpiano Toringer Dominus Arbo de Cleiſſe, Conrad de Raſſule & alii plures.*

† *Ego Malwarntus notarius Domini Friderici inviſtiſſimi Imperatoris interfui & ne certa ad incerta reducerentur, ex iuſſione preſcripti preſulis, hoc breve ſcripſi in predicta die.*

Num. XI. Otto Palat. Comes Baioar. refutat Rotenſi Abbatiæ prædium in Neufarn circa An. 1179.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Notum fieri cupimus cunctis fidelibus quoddam predium, apud Nivuarn poſitum, ſub antiquitate temporum ad Altare SS. Marini & Aniani traditum. Hoc ipſum predium fratres Rotenſes Deo, atque ſupra dictis Sanctis ſervientes per multa tempora poſſederunt & fructum ex eo acceperunt. Abbas vero Lotharius, ad petitionem Domini *Ottonis Palatini Comitis*, ex conſilio quorundam, ipſum predium cum omni familia ibi poſita ei vendidit, ſed precium non recepit. Hoc ſic peractum Fratres absque ſui conſilio, dure tulerunt, aſſerentes minime

minime fieri poſſe aut debere, & ſuper omnia Romanam Sedem, niſi Friſingenſis Epiſcopus interveniſſet, appellaſſent. Aſſiduis autem petitionibus ipſe Dominus Epiſcopus cum Abbate Lothario pretaxatum Palatinum comitem adiit, petens, ut cauſa iuſticie, que eſt reddere unicuique quod ſuum eſt, nihilominus cauſa anime ſue dictum predium Rotenſibus Fratribus fineret ſervire. Tandem peticionibus eius emollitus, illud cum omni familia ipſius predii, coram eodem venerabili Friſing. Epiſcopo in manus *Domini Friderici Fratris ſui* delegavit, ſed ſtatim in Beneficium recepit; hoc tamen pacto, ut ſingulis annis in die Epiphanie Fratribus talentum argenti offeret. Itaque prefatus Dominus Fridericus predium jam ſepius dictum ſuper reliquias SS. Marini & Aniani Friſinge tradidit prefentibus his teſtibus. Otto Prepoſitus ſancti Andree, *Ulricus Prepoſitus Frater Palatini.* Rawinus Capellanus Ottonis Epiſcopi. de nobilibus viris. *Otto de Moſen cum duobus filiis ſuis Dietrico & Pernardo. Piligrinus cum filiis ſuis de Wolmoteſſa. Aribo de Tatendorf. Dietrich Sliwingen. Friderich de Prucheberch. Robertus Wolf. De Miniſterialibus Hainrich de Lochkirchen. Cunrad de Haidolfingen. Ulrich Sikenhar. Ulrich de Holzehauſen. Hainrich Hunt. Perthold de Esgelbach. Rudolf Crebole & frater eius Adolf. Adalbrecht de Lengenowe. Aiwich de Hitenourt. Arnold Salwe. Sigehart de Pacharn. Gerbich de Putenhuſen.* Gotehart de Friſingen. Albertus & frater eius Eberhart. Heinrie Wevogl. & allii quam plures.

* Cum autem prefatus *Palatinus ad nuptiarum diem acceſſiſſet*, Monachi Fratres huius Eccleſie timentes, ne uxori ſue ac natis ſuis cederet in uſum, ipſum adierunt, & ut proprietatem prefati predii a ſui potentia refutaret, inſtanter monuerunt: qui Palatinus amminiſtratione ſancti ſpiritus ſedulisque eorum precibus compunctus, tempore, quando ad generalem Synodum Allexandri PP. Romam adivit, querulis vocibus eorum laſſus, de ipſo predio divino intuitu; eos clementer exaudivit, quod & longo tempore

antea commodis ſuis illicite uſurpaverat, in loco, qui dicitur *Sorusdorf*, multorum miniſterialium ſuorum preſentia, & Hainrici huius Eccleſie prioris, ac aliorum honeſtorum virorum teſtimonio uſui ſuo prorſus abdicavit, & ab uxore ſua & natis ſuis, ne unquam de cetero ſuper hoc aliquam impeticionem facerent, patenter alienavit, & huic Eccleſie, ut e merito, per preſentem dicam ſigillo ſuo magna alacritate in teſtimonium confirmavit. cuius rei probi & idonei teſtes hic proferuntur. Dominus Albuwinus Patavienſis Epiſcopus. Abbas de Schiren Pardemarus. Heinricus Prepoſitus de Scheftlarn. *Otto de Steveningen Canonicus de Pabenberch. Adalbertus Comes de Dilingen. Eberhardus de Abenſperch. Hainricus de Ringispurch. Rudebertus de Salurne. de Miniſterialibus. Otto Choph. Conradus Curre. Conradus judex de Wartenberch. Adelber Chrane. Arnold de Linthacher. Harbewich de Rickolsdorf. Eberhardus de Werde: Ludewicus Gerunch. Walthmarus de Tale. Eberhardus de Mutterichingen. Gotevridus & Eberhard de Strusdorf.*

Not. Append. Sigillum exhibens aquilam expandentem alas, cuius ectypon Tab: I. N. 3. damus. Singulare utique monumentum, maximique, ſi quod aliud ullum, faciendum. Scilicet: obvia ſunt apud noſtrates ſigilla Palatinorum Boicorum, obvia Schirenſium Comitum; neutra vero retulere unquam aquilam Imperii. Quæ cum ita ſint: haud inepta forſitan erit conjectura, Ottonem Wittelspacenſem Boioariæ Palatinum, virtute eximia clarum, atque inde ab An. 1155. Vexilliferum Imperii, in ſigillo ſuo aquilam Cæſaream inſigniis avitis ſubſtituiſſe. vid. Otto Friſing. de geſtis Frid. I. Lib. II. cap. 16. & 25. Guntherus in Ligur. Lib. II. p. 311. & Lib. 10. p. 344. Cæterum inſtrumentum hocce haud uno eodemque tempore confectum eſt omne. Partem ejus priorem ante Annum 1158. exaratam eſſe probat nomen, quod refert, Ottonis Epiſcopi Friſingenſis An. 1158. defuncti. Pars poſterior annum ſat clare loquitur 1179. dum mentionem facit Conſilii generalis An. 1179. ab Alexandro III. P. m. celebrati.

N. XII. Donatio prædiorum Underlohn, Meillingen & Rinthach. circa Anno 1180.

Ego *Dietricus Comes in Wazerburch* univerſitati fidelium notum eſſe cupio, *Heinricum* Miniſterialem noſtrum *de Chazpach* pro reme-

remedio anime ſue, curtem in Lohen ſuper altare ſanctorum Marini & Aniani in Rote per manum *fratris ſui Sigifridi* ſine conſultu noſtro delegaſſe. Qua cum Monaſterium illud per aliquot annos quieta poſſeſſione perfrueretur, *Chunradus filius Gebehardi de Werberch, cui filio predicti Heinrici* deſponſata fuerat, eidem delegationi obnitens, curtem ipſam ſibi vendicavit. Sed nos cum uxore & liberis noſtris, ex petitione domino illic ſervientium, & divine retributionis intuitu, *Chunrado* per manum *uxoris* ſue delegante, omnique cognatione coram nobis aſſentiente, hanc ipſam delegationem ratam eſſe decrevimus, & ſigillo noſtro ſub harum teſtimonio perſonarum munivimus; *Sigifridi Wolfil. Gebehardi & filii ſui Heinrici de Etlingen. Sibotoni de Schonſtete, Ortolfi de Laimingen. Friderici de Griezſtete. Heinrici de Rute. Heinrici de Chazbach & fratris ſui Gotfridi. Gebehardi & filii ſui Heinrici & Chunradi de Werbech. Friderici de Schal. & Heinrici & Alberti de Schalchdorf.*

Nec hoc univerſitatem fidelium latere volumus, quod *Heinricus de Chazpach miniſterialis noſter, fratruelis* predicti *Heinrici*, predium in Milingen, quod a *Gebehardo* & filio eius *Chunrado* per Concanbium acceperat, omni contradictione excluſa, ſuper Altare predictorum Sanctorum in Rote per manum noſtram delegavit, pro quo ab Abbate eiusdem loci Herpordo predium Serein, excepto ſtagno & prato adiacenti, feudali more recepit, cui rei predicti teſtes aſtipulantur.

Cunctorum Chriſti fidelium auribus inſtillari nec inſtillata aliquando memorie optamus eximi, Dominum *Conradum Wolpen* pro remedio anime ſue vineam in Rintbach cum ceteris reditibus in eodem loco a ſe poſſeſſis, fratre & fratrueli ſuo aſſenſum prebentibus per manum Domini *Dietmari de Hochenhuſe* ad Altare Sancto-Marini & Aniani ablegaſſe.

Num.

N. XIII. Lucius II. P. M. commendat Rotam vicinis Episcopis. An. 1182.

Lucius Episc. Servus Servorum Dei, venerabilibus N. Salzeburgensi AEpisc. & Suffraganeis suis salutem & Apostolicam benedictionem. Cum universis Dei Ecclesiis ex injuncte nobis administrationis officio contra perversorum incursus patrocinium teneamur Apostolicam impertiri: locis tamen regularibus institutis obnoxiis & *ad nos ac* Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentibus diligentius debemus adesse, & ad conservationem eorum juris fratres nostros Episcopos provocare. Inde est quod cum Rotense cœnobium, quod specialius B. Petri & nostri juris existit, plurimis sepe molestiis agitetur, ipsam fraternitati vestre duximus attentius commendandum: per Apostolica scripta precipiendo mandantes quatenus cum super investituris Ecclesiarum vel amissione possessionum suarum seu gravaminibus aliis ab illis vobis vel alicui vestrum fuerit querela proposita, eos clementer audiatis & malefactores per Ecclesiasticam censuram ab eorum molestatione cessare, & restituere res ablatas, sicut justum fuerit, sine appellationis obstaculo compellatis: ita quod & fratres in eo manentes vestra faciente solicitudine quiete valeant Domino famulari, & nos, cum audierimus, debeamus gratum habere. Dat Verone XIII. Kal. Martii.

Not. Ex hoc brevi facile elicires Rotam ab Ordinariorum jurisdictione fuisse exemtam, nisi obstaret Bulla Eugenii III. superius recitata & ab Alexandro III. An. 1179. ad verbum repetita in quibus Rota sub tutelam Sedis Apostolicæ recepta dicitur: *salva dioceſanorum Epiſcoporum canonica juſtitia & reverentia.* Quodsi ergo Lucius II. *Rotam* spectare dixit ad Romanam Ecclesiam *nullo medio*, respexit hæc formula ad Bullam Cœlestini II. P. M. supra N. 6. itemque Innocentii II. N. 4. quibus *Rota ſub ſpeciali B. Petri & Pontificia protectione recepta eſt, & ad indicium ejuſdem protectionis Bizantium aureum annuliter* solvere debuit. At vero Bizancii solutionem & receptionem in jus & protectionem B. Petri exemtionem non probare, vel ex Tamburino constat.

Num.

N. XIV. Philippus Rom. Rex concedit Rotenſibus Ius ferri fodinarum. Anno 1207.

Philippus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis fidelibus ſuis ad quos he littere pervenerint, gratiam ſuam & omne bonum. Divine retributionis intuitu eccleſias Dei, quantum ad nos pertinet in rebus temporalibus promovere volentes, ſignificamus omnibus his, qui in imperio noſtro ſunt conſtituti, quod nos pro ſalute anime noſtre Abbati de Rote & omnibus eius ſucceſſoribus & ipſi eccleſie in perpetuum indulſimus, & conceſſimus, ut quidquid in venis terre ferri repertum fuerit in bonis ipſius eccleſie, hoc eccleſie cedat ad utilitatem, & in uſus ipſius eccleſie commutetur. Precepimus quoque ſub pena gracie noſtre, ut nemo ſit, qui in iſtius beneficii noſtri conceſſione prefatam eccleſiam in Rote, vel eius abbatem, qui ibi pro tempore fuerit, audeat moleſtare. dat. apud Ratisponam VII. Mart. indict. X.

Appendet Sigillum quod tab. 1. N. 2. damure.

N. XV. Innocentius III. Rotæ confirmat Ius Patronatus in Niederroth An. 1214.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati de Bruelle Ratisbon. dieceſis, Decano & Wer. de Iudenbruh canonico Ratispon. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Abbas Rotenſis Monaſterii nobis conquerendo monſtravit, quod venerabilis frater noſter Friſing. Epiſcopus eccleſiam de Roth ad ipſum Monaſterium pertinentem. C. clerico Friſingenſis diœceſis in eiusdem preiudicium aſſignaverit. Ideoque diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audiatis cauſam, & quod canonicum fuerit, appellatione poſtpoſita ſtatuatis, facientes quod ſtatueritis, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari: teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia,

odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram canonicam appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quodſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum nihilominus exequantur. Tu denique fili Abbas. Fr. te ipſo & credito tibi grege taliter vigilare procures, ut in noviſſimo diſtricti examinis die coram tremendo iudice, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua, dignam poſſis reddere rationem. Dat. Lateran. IIII. Id. April. Pontificatus noſtri anno ſexto decimo.

N. XVI. Conradus Epiſcopus Ratisb. incorporat Rotæ Eccleſiam Kœtzingenſem. Anno 1224.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. Chunradus Dei gratia Ratispon. Eccleſie Epiſcopus omnibus in perpetuum. Licet ex officio ad nobis commiſſas reſtringamur eccleſias, Apoſtolus tamen Paulus docens, ut alter onera portet alterius, viſcera compaſſionis & opera pietatis largius extendere nos hortatur. Eccleſie ergo Rotenſi Friſing. dioeceſis, florenti quondam religione, atque in neceſſariis competenter habundanti, nunc autem ex turbatione temporum, & hominum malicia fere usque ad everſionem attenuate: unde quoque religionem lenteſcere oportet: extra dioeceſim noſtram poſite, tanquam extranee larga ut diximus ſecundum apoſtolum pietate, *a progenitoribus autem noſtris fundate, nosque iure advocatie reſpicienti*, tanquam ex officio ſtrictiori ſpecialitate compatientes ſibi duximus eſſe modo aliquo ſuccurrendum. Notum ſit ergo etati preſenti & poſteritati future, quod nos propter dominum & in anime noſtre remedium, & ut eccleſia Rotenſis omnesque Abbates per ſucceſſionem ei preſidentes eccleſie Ratisponenſ. noſtrisque ſucceſſoribus tanto ſint gratiores, quanto gratiori gaudent beneficio, eccleſiam Kœsdingen, cuius patronatus, ſive ius preſentandi ſacerdotem ad ipſam, eccleſie Rotenſi attinet a *noſtris progenitoribus ei collatum*, eidem Eccleſie Rotenſi cum aſſenſu

assensu confratrum ecclesie nostre donavimus perpetualiter & cum omnibus attinentiis. Sic distinguentes, quod Abbas Rotensis, quicunque ille fuerit, sacerdotem idoneum presentet Ratispon. Episcopo, qui animarum cura perpetualiter recepta, Ecclesie Rotensi solvet inde annuatim pensionem secundum loci & temporis qualitatem: ut autem Abbas Rotensis tanto providentius sibi caveat, ne quicquam attinentium ecclesie Kœsdingen concedendo vel obligando ab usibus ecclesie Rotensis alienare presumat, statuimus, ut statim postquam ipsum id feciſſe vere constiterit, ius huius nostre donationis exspiret, & ecclesia Kœstingen cum omnibus attinentiis cedat libere ad usus sacerdotis, ut de iure legitimi pastoris in nullo deinde, nisi ut prius in iure presentandi Rotensem ecclesiam respectura. In robur autem huius nostre donationis, ne quis eam in posterum infirmare vel retractare possit, vel debeat, presentem inde paginam conscribi fecimus, eamque sigillis nostro & chori nostri & subnotatione nominum eorum qui interfuerunt, more solito communiri. Testes hi sunt: *Gotfridus Prepositus. Robertus Decanus. Eberhardus de Abensperch Archidiaconus. Ulricus de Werde Archidiaconus. Hermanus scholasticus. Ulricus de Salah Custos & Vicodominus. Chunradus de Suzenbah cellarius. Albero Obellarius. Dietricus de Schœnvelt. Magister Hugo. Ulricus de Tallmezingen. Eberhardus de Russingen. Gebhardus. Chunradus de Tausskirchen. Chunradus de Kyrchperch. Chunradus de Veltkyrch. Ulricus de Dornberch. Heinricus Scinan. Bertoldus de Oberndorf. Heinricus de Lerchenfeld. Canonici Ecclesie maioris. Eberhardus Scholasticus. Fredericus de Penningen. Canonici veteris Capelle. Laici. Heidenricus de Stambach. Heinricus de Wihse. Albertus de Walbintingen. Sifridus de Gravenwisen. Heinricus Gokelinger Albertus Kod. Richerus* Picke. *Fredericus & Heinricus fratres de Schalhdorf.* & alii quam plures. Acta sunt hec anno Incarnationis Domini MCCXXIIII. indi-

dict. XII. Dat. Ratisp. eodem Incarnationis Anno XIII. Kaln. Ianuarii.

Not. Conradus III. Episc. Ratisb. ex Comitibus Meglingensibus ortus erat; hincque fundatores Rotæ progenitores suos summo iure nuncupat.

N. XVII. Fridericus II. Imp. confirmat Iura & fundationem monasterii Rotensis. An. 1226.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Ierusalem & Sicilic Rex. Inter actus nostros multiplices, quibus noster dignitatis titulus exaltatur, illud nobis est perpetuo glorioſum in terris, & perpetuo retributorium in celis, quod ad utilitatem sanctarum ecclesiarum Dei nostris felicibus temporibus operamur. Hinc est igitur, quod notum esse volumus universis fidelibus nostris per Imperium constitutis tam presentibus quam futuris, quod Fridericus venerabilis Abbas Rotensis monasterii fidelis noster ad presentiam nostram accedens ostendit nobis quoddam privilegium, Maiestati nostre supplicans humiliter & devote, ut privilegium ipsum eidem Monasterio suo confirmare de nostra gratia dignaremus, cuius tenor talis est. *In nomine sancte & individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Romanorum Imperator &c.* (hic sequitur totum superius Num. 2. descriptum diploma.)

Unde nos supplicationes devotas prefati Abbatis Friderici misericorditer admittentes, pro conservatione salutis nostre & pro remedio animarum divorum Augustorum, Parentum nostrorum recolende memorie, predictum privilegium preter clausulam, ubi erat rasura, de nostra gratia confirmantes sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Acta sunt hec A. Dom. Incarn. Millesimo ducentesimo vicesimo sexto, XV. mensis Martii quarte decime indictionis, regnante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum

norum Imperatore Auguſto, Ieruſalem, & Sicilie Rege imperii eius anno ſexto, regni Ieruſalem primo, regni vero Sicilie vicesimo octavo feliciter Amen.

Signum domini Friderici ſecundi invictiſſimi Rom. Imperatoris ſemper Auguſti Ieruſalem & Sicilie Regis.

Huius autem rei teſtes ſunt Rudolfus Curenſis *Epiſcopus*, & venerabilis *Abbas* ſancti Galli. Dilectus princeps noſter Renaldus Dux Spoleti, & frater Hermannus venerabilis Magiſter ſancte Marie domus Teutonicorum in Ieruſalem. Dat. apud Piſcariam anno, menſe & indictione predictis.

N. XVIII. Fridericus II. Imp. Rotæ concedit ius libere eligendi Advocatum. Anno 1226.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex. Per preſens ſcriptum noverit univerſorum noſtrorum fidelium preſens etas & ſucceſſiva poſteritas, quod dilectus fidelis noſter Fridericus venerabilis Abbas Rotenſis Eccleſie, ad preſentiam noſtram accedens, propoſuit coram nobis, qualiter quondam quidam Palatinus, Cono nomine, filio eius Cononе in bello & ſervitio Imperii decedente, Rotenſem Eccleſiam pia proviſione fundaverit, & in deceſſu ſuo, cum heredem aliquem non haberet, eandem Eccleſiam ſub tuitione Imperii duxerit conferendam: eo videlicet tenore, ut quemcunque ad eiusdem loci defenſionem Abbas, qui conſtitutus eſſet ibi pro tempore, peteret advocatum, ab Imperio reciperet, & haberet: ſuper quo Predeceſſor noſter Henricus IV. Romanorum Imperator dive recordationis Auguſtus pro eo, quod Cono filius predicti Palatini Cononis in ſervitio ſuo ceciderat, ſuum clementer aſſenſum preſtitit & munimen, prout in privilegio ſuo eidem Eccleſie indulto plenius continetur, cuius privilegii confirmationem idem Abbas a liberalitate noſtra pro predicta Eccleſia ſua exſtitit aſſecutus.

cutus. Preterea memoratus Abbas coram nobis proposuit conquerendo, quod dilecto Principe nostri Imperii C. quondam venerabili Ratisponensi Episcopo, qui predicti loci Advocatiam ab Imperio sibi collatam rexerat, rebus humanis exempto, quidam ministerialium Ducis Bavarie Ulricus nomine institit apud Regem filium nostrum, qui sine requisitione predicti Abbatis investivit eum, cum salvo tamen mandato & voluntate nostra. Quidam etiam alius ministerialis eiusdem Ducis, Alhardus nomine, predictam advocatiam delinere contendit, pretendens concessionem Comitis de Tirol, predicto Ratisponensi Episcopo superstite, sibi factam. Cumque dictus Abbas privilegia sua Curie nostre ostenderet, quibus eadem Ecclesia precipue in facto advocatie extitit premunita, celsitudini nostre attentius supplicavit, quatenus super indempnitate ipsius Monasterii dignaremur misericorditer providere. Nos itaque privilegiis eius inspectis, & cognitis rationibus, quas super eiusdem loci advocatia evidenter ostendit, suis iustis supplicationibus annuentes, & investituram Regis filii nostri, quam salvo mandato & voluntate nostra fecerat, & quidquid inde per Comitem de Tirol in preiudicium ipsius Ecclesie attemptatum fuerat, vel ab eodem Comite sine postulatione Abbatis contra tenorem privilegiorum eiusdem Ecclesie illicite impetratum, de Consilio Principum tunc temporis in curia nostra presentium in irritum revocantes, pronuntiavimus, ut predictus Abbas Rotensis Ecclesie, quem vellet, ad eiusdem Ecclesie defensionem postularet, iuxta consuetudinem, advocatum. Verum quia dictus Abbas ad ipsius advocatie regimen imperium postulavit, & nos eandem Ecclesiam sub tuitione nostra recepimus & favore, ne pro absentia nostra gravamen & iacturam aliquam sustineret, ad postulationem dicti Abbatis eandem advocatiam in Rote dilecto fideli nostro Comiti Cononi de Wasserburch contulimus, & tuendam commisimus loco nostri: tali videlicet modo, ut ea, que ad

im-

imperium de ipsa advocatia spectant, quamdiu idem Comes vixerit, cedant sibi, nec liceat ei aliud, quam nostro imperio pertinet, occasione ipsius advocatie ab eadem Rotensi Ecclesia indebite extorquere, vel eam indebitis exactionibus aggravare. Qui si contra presentis commissionis nostre paginam attemptaret, Abbas predicti loci potestatem habeat, a nobis & ab imperio petendi alium advocatum, ubi de manifesto gravamine & indebitis exactionibus eiusdem Comitis nobis & imperio constiterit manifeste. Prohibemus insuper, ut Abbas & Conventus ipsius Ecclesie contra eundem Comitem vel malevolentia vel instinctu aliquo non procedat. Statuimus etiam & presentis scripti auctoritate sancimus, ut si predictus Comes Conradus heredes post se dimiserit, qui ad ipsius Rotensis Ecclesie tuitionem sufficientes & idonei habeantur, ad postulationem dicti Abbatis in advocatia ipsa pro parte imperii dicto patri suo succedant eadem statuta nostra, que indicta sunt patri, & sub conditione simili servaturi. Ad huius itaque collacionis & commissionis nostre memoriam & stabilem firmitatem duo consimilia scripta fieri fecimus, & sigilli nostri robore iussimus communiri, quorum alterum predicto Abbati & Ecclesie sue, reliquum dicto Comiti ad Communem eorum cautelam indulsimus conservanda. Testes autem sunt A. Vener. Magdepurg. AEpisc. A. Warmacienſis & R. Curensis Episcopi. *L. Landgravius Turingie. A. Dux Saxonie. R. Dux Spoleti & Bert. Fr. eius. Hermanus Marchio de Baden. S. Comes de Wien & frater eius Comes Henricus. Comes. R. de Hanckesperg & filius eius, Comes Mainardus de Gorze. Comes C. de Wallerburg, & quam plures alii*, qui interfuerunt. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mensis Maii, quarta decima indictione Imperatore Domino Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Ierusalem & Sicilie Rege, anno eius in imperio sexto, in Ierusalem primo, in regno

vero

vero Sicilie viceſimo octavo feliciter Amen. Data in Civitate Parm. An. menſe & indict. preſcriptis.

N. XIX. Pactum cum Conrado Waſſerburgenſi Comite novoque Advocato initum. circa An. 1226.

Univerſis ſancte Eccleſie Katholice filiis Fridericus Dei gratia Rotenſis Abbas ſalutem in vero ſalutari, in continuarum orationum manum indefeſſam. Cum omnis humana conditio per temporum ſucceſſiones decedit, & ſuccedit, ideo ne a cunctorum Chriſti fidelium labatur memoria, ſub nobilium heroum, miniſterialium, aliarumque humilium perſonarum ſcripto teſtimonio confirmamus, quia Comes *Chunradus de Wazzerburch* Advocatus noſter porrecta dextera ſua, aliisque laudamenti ſacramentis conſtabilivit, & ratificavit, quod nil amplius iuris Advocatie ſue de reditibus noſtris, qui defenſioni ſue ſubiacent, quam conſtitutam exactionem, ut in Cyrographo Imperatoris eſt impreſſum, & omne feudale ius quo dignitas Eccleſie noſtre eſt ſublimata, annuente Domino noſtro Imperatore ſibi conceſſimus tali conditione; ſi aliquod feodum mutatione temporum & hominum vacans fuerit, ipſe prefatus Comes Chunradus de Wazzeburch iureiurando, laudavit, quod nullum ſine noſtro conſilio ipſo feodo inveſtiet. Si etiam a via veritatis declinaverit, & hanc a nobis communi conſilio compoſitionem immutare, vel infringere preſumpſerit, etiam a nobis conſtituta vana ſint, & irrita, & cedant iuri Imperatoris. Et ego Fridericus Dei gratia Rotenſis Abbas appoſita dextra ſuper Evangelia, iuramento confirmavi, quod predictus Comes *Cunradus de Wazzerburch*, quamdiu hec preſcripta apud ipſum durare poterunt, aliqua invexatione aut infeſtatione ſeu aliquo malo ingenio, iure, quod ſibi in Eccleſiam noſtram contulimus, nunquam per nos moleſtetur. Ut autem hec noſtra conſtituta firma ſint, & rata, & inconvulſa, & illibata permaneant, ſigilli noſtri & ipſius comitis

Chun-

Chunradi de Wazzerburch Advocati noſtri, & Domini Ulrici Attilenſis Abbatis inſſimus impreſſione muniri.

N. XX. Pactum Ottonis ill. Baj. Ducis cum Abbate Rotenſi circa Mancipia mutua. An. 1233.

Otto Dei gratia Comes Palatinus Rheni ac Dux Bavarie omnibus in perpetuum. Notum eſſe volumus tam preſentis quam futuri temporis Chriſti fidelibus, quod nos ad petitionem dilecti noſtri Domini Hainrici ven. Abbatis de Roth concedimus & indulgemus omni familie noſtre utriusque Sexus, miniſterialibus, ſive ſervilis fuerint conditionis, licentiam & liberam facultatem de familia Rotenſis Monaſterii legitimum contrahendi matrimonium ſub tali pacto, quod miniſteriales & quilibet dicti Monaſterii familiares ſimili modo per datam & indultam verſa vice ab eodem ven. Abbate licentiam cum noſtris contrahendi habeant poteſtatem; & pueri & liberi ſui contrahentium & nobis & ipſi Monaſterio Rotenſi equaliter dividantur, ita tamen, quod ab eo incipiat particio liberorum, de cuius familia mater eſt. Ut autem iſte noſter cum dicto Monaſterio Rotenſi contractus inviolabiliter obſervetur, hanc paginam nos & ſepe dictus Abbas ſigillorum noſtrorum impreſſione fecimus roborari. Dat. Landeshut. XIV. Kal. Febr. Anno Incarnat. Domini MCCXXXIII.

Appendet Sig. quod damus Tab. I. n. 4.

N. XXI. Conradus Comes de Waſſerburg fundat Rotæ Luminare perpetuum. An. 1233.

Chunrad Dei gratia *Comes de Waſſerburch* omnibus in perpetuum. Quoniam ea que in tempore aguntur, tempore labente & ipſa frequenter ab humana memoria labuntur, preſenti ſcripto preſentibus omnibus & futuris Chriſti fidelibus notificamus, quod nos pro remedio anime noſtre & omnium parentum noſtrorum, annuente dilecta thori noſtri conſorte *Chunegunda*, contulimus ad

Monaſterium SS. Petri Apoſtoli, Marini & Aniani in Roth annuatim talentum denariorum monacenſis monete in feſto S. Ioannis Baptiſte de *muta* noſtra in *Hochenowe* b) perſolvendum in perpetuum, ita, ut in honorem predictorum ſanctorum, & aliorum, quorum reliquie in eodem continentur Monaſterio, coram principali altari non niſi cerea, ſive de oleo in futurum habeantur luminaria. Adjicimus etiam, & firmiter ſancimus, ut poſt mortem noſtram ad quamcunque Perſonam ſive iure hereditario, ſive alio quocunque modo eadem muta noſtra devoluta fuerit, hec ipſa perſona predictam donationem noſtram per omnia ratam habeat & inconvulſam. Ut autem huius traditionis noſtre factum a quopiam in totum vel in partem non debeat vel poſſit in futurum immutari, preſens ſcriptum ſigillo noſtro fecimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Chunradus Abbas de Eberſperch. Heinricus Abbas de Roth. Ulricus Abbas de Aettl *Otto de Sundermaringen. Ortolfus de Laimingen. Gerungus de Laimingen. Siboto de Schonſtet. Planko Marſchalcus. Heinricus de Gugglingen.* Heinricus Notarius & alii quam plures. Acta ſunt hec A. Incarn. Dom. MCCXXXIII. XVI. Kal. Iunii.

b) Hoc nomine veniebat inferior pars oppidi Waſſerburgenſis.

N: XXII. Conradus Comes de Waſſerburg donat Rotæ decimas nonnullas. Anno 1234.

Chunradus Dei gratia *Comes de* Waſſerburch. omnibus in perpetuum Amen. Quoniam ſepius ab humana labitur memoria, quod quisque fidelium ad promerendam eternam vitam vigilanti ordinaverit induſtria, & quia hec preſens vita brevis, brevitatis ſemper eſt amica, & perpetuitatis inimica; idcireo, ne factum noſtrum fluxibilitate temporum a memoria hominum labi poſſit in futurum, notitie omnium fidelium preſenti ſcripto decrevimus relinquendum, quod nos ob remedium anime noſtre, *uxorisque* noſtre

noſtre *Kunegundis*, contulimus ad altare ſanctorum Marini & Aniani in Roth decimas de poſſeſſionibus & decimis omnibus a tempore ipſius advocacie adepte habitis, & in futurum quocunque modo habendis in ſupplementum prebende fratrum ibidem Deo ſervientium in perpetuum. Tradimus itaque in *Laupach* decimam de curia, in *Sprinkinbach* decimam de Huba, & de tribus partibus curie. In *Holwin* decimam de Curia. In *Altinhochenawe* decimam de Curia. In *Iſolvingen* decimam de curia apud eccleſiam, & decimam totius decime, que transportatur in eandem curiam. In *Truntsheim* decimam de duabus curiis. In *Lantinheim* decimam de curia: in *Lochingen* decimam de duabus hubis. In *Hopfgarten* decimam de *Vaccaricis* a). In Puchloh decimam de Curia. In Tegrinave decimam de Huba Etlingen. Item tradimus prefato Monaſterio ex officio de *Roſenheim* decimam de Curia ante ipſum caſtrum. In *Weſtirndorff* decimam de curia. In *Stiſſingen* decimam de duabus curiis & huta & molendino; in Parichesdorf decimam de Curia. In Manitvalt decimam de Molendino. In *Hergeringen* decimam de tribus habis. In *Schwinkin* decimam. Ut autem hec noſtra traditio ab heredibus noſtris, vel ab aliqua perſona quocunque modo nobis ſuccedente, in eisdem reditibus in totum vel in partem commutari non poſſit, vel infringi; hanc paginam ſigilli noſtri impreſſione fecimus communiri. Teſtes autem ſunt hic Hainricus Abbas de Roth. Ulricus Abbas de Aetil. Chunradus prepoſitus de Pihartingen. *Otto de Sundirmæringen. Hainricus de Laimingen & fratres ſui, Ortolfus & Verungus. Milites. Chunradus de Sebrugge. Hainricus & Cunradus fratres de Truchleichingen. Hainricus de Gogglingen, & Hainricus filius ſuus*, & alii quam plures. Dat. apud Wazzirburch. XIIII. Kl. Mart. Anno Incarnat. domini MCCXXXIIII.

Appendet Sigillum quod damus Tab. II. N. 2.

a) Vaccaricia, Melckerey.

N. XXIII. Teſtamentum Conradi Comitis de Waſſerburg 1233. & 1235.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. *Conrad* Dei gratia *Comes de Waſſerburch* omnibus in perpetuum. Cum utique quilibet mortalium ad promerendam vitam eternam bonis ſtudere debeat operibus, & de peccatis ſuis abolendis gratum Deo & anime ſue ſalubre facere remedium. Nos ea propter divino amore accenſi & commoniti, teſtamentum noſtrum adhuc viventes ad Monaſterium de Roth ob reverentiam ſanctorum Marini & Aniani ibidem requieſcentium, nec non ob redemptionem anime noſtre, ac omnium parentum noſtrorum facere decernimus in donacione prediorum ſubſcriptorum. Tradimus enim ad predictum Monaſterium annuente *dilecta thori noſtri conſorte Kunigunda*, curiam in *Mosheim* cum hominibus, agris, pratis, paſcuis, ſilvis & omnibus aliis appendiciis ſuis, cultis & incultis, ita, ut poſt mortem noſtram ſive heredibus legitime habitis ſive non habitis, proventus eiusdem Curie ad uſus dicti Monaſterii libere cedant & abſolute. Item donamus ſepe dicto Monaſterio cum conſenſu prefate coniugis *noſtre Kunigunde* ex officio de Werberg tres vaccarias. Curiam in Altenhochenawe. Curiam in Murn. vaccariam in Pach. hec omnia damus cum hominibus & omnibus aliis appendiciis ſuis cultis & incultis, ita tamen, ut poſt mortem noſtram, & coniugis noſtre iidem reditus ad uſus iam ſepius dicti Monaſterii heredibus non habitis ſimiliter cedant libere & abſolute. Acta ſunt hec anno Incarnat. Domini MCCXXXIII. X. Kal. Iunii. Predictis ſiquidem predicto modo rite peractis plantationem novellam ob remedium anime noſtre, nec non uxoris noſtre in curia *Altenhochenawe* inchoantes ipſam ab eccleſia Rothenſe commutatam pro curia in *Altisluingen* abſolvimus. Item commutavimus curiam in Mosheim pro curia in Obirnlohen, quam eccleſie Rotenſi dedimus in poſſeſſionem corporalem & preſentem. Ut autem hec noſtra traditio

tio futuris temporibus rata permaneat, & inviolabilis, presentem paginam sigilli nostri impressione fecimus communiri. Testes autem sunt hic: Dietricus & Sifridus fratres de ordine Predicatorum. Poppo plebanus de Mündrichingen. Heinricus Plebanus de Ehmaringen. Rapoto, Dietmarus Dyacones. *Karolus de Selhuben. Meingotus de Rutz pincerna. Heinricus de Gogglingen, & Heinricus filius suus.* Bertholdus Buwirarius & alii quam plures. Acta sunt hec anno Incarnat. domini MCCXXXV. 3. nonas Februarii aput Wazzirburch.

N. XXIV. Fundatio parthenonis in Altenhohenawe per Conradum Com. de Wasserburg. Anno 1235.

In nomine sacrosancte & individue Trinitatis. *Chunradus* Dei gratia *Comes in Wasserburg*, omnibus in perpetuum. Amen. Cum utique quilibet mortalium ad promerendam vitam eternam bonis studere debeat operibus, & de peccatis suis abolendis gratum Deo, ac anime sue salubre facere remedium: nos eapropter divino amore accensi novellam plantationem sororum ordinis S. Sixti consilio predicatorum, & aliorum prudentium virorum in veteri *Hohenau* inchoavimus: & quia eandem curiam, & curiam que *Moshaim* vocatur, cum suis appendiciis ecclesia Rotensi in Testamento dederamus, alteram post mortem, videlicet Moshaim; alteram post mortem nostram & uxoris nostre scilicet Hohenau: iam dictas curias a predicta ecclesia mediante eiusdem ecclesie domino Henrico Abbate, datis aliis possessionibus nostris per commutationem absolvimus. In remissionem igitur omnium peccatorum nostrorum & uxoris nostre Chunægundis de plena ipsius voluntate, predictas curias cum agris, pratis, pascuis, silvis & omnibus aliis appendiciis suis cultis & incultis, libere & sine omni iure advocatie & qualibet vexatione contradimus: volentes, ne predicta donatio propter supervenientem filiorum nativitatem vel

propter enormitatem donationis poſſit infirmari. Et ne aliquid poſſit in poſterum predicte donationi opponi, vel dubitari de illa, ipſam auctoritate preſentium & munimine ſigillorum noſtri, nec non ipſius Abbatis & Conventus fecimus roborari. Teſtes autem ſunt hii: Henricus Abbas de Roth. Hartwicus Monachus. Poppo. plebanus de Mundrichingen. Henricus plebanus de Emeringen. Rapato frater eius. Dietmarus Diaconus. *Carolus de Selhuben. Meingottus Pinterna de Rutt. Henricus Gogglingarius & H. filius ſuus. Pertoldus Buorarius*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Incarnationis domini MCCXXXV. 3. non. febr. dat. apud Waſſerburg.

Not. Hoc inſtrumentum egregie confutat ea, quæ Gewoldus in addit. ad Hundium, in deſcriptione Beyhartingenſis præpoſituræ retulit: Scilicet moniales primum Beyhartingæ, Canonicos in Altenhohenau vitam aſceticam vixiſſe, demumque ſub Conrado noſtro commutatione facta moniales Altenhohenaugiam transmigraſſe.

N. XXV. Conradus Epiſc. Friſig. eximit Rotenſes a præſtatione telonii. An. 1237.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Chunradus Dei gratia Friſingenſis Eccleſie Epiſcopus in perpetuum Amen. Notum eſſe volumus univerſis, ipſis quoque Thelonariis noſtris Monaci iam inſtitutis nec non in futurum inſtituendis, quod nos devotioni dilecti & venerabilis in Chriſto fratris noſtri Hainrici Abbatis de Roth pium prebentes aſſenſum omnia bona ſua frumentum ſive alia quecunque, que ad prebendam fratrum ſuorum pertinere videntur, ibidem ſine Thelonei ſolutione libere transducantur. Ut autem hec noſtre benevolentie conceſſio Rotenſi Monaſterio firma maneat & ſtabilis, hanc paginam inde conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione fecimus roborari. Teſtes ſunt hii, Hainricus Abbas de Tegirnſe. Ulricus Abbas de Wihenſteven. Otto Prepoſitus de Dietramiſcelle. Eberhardus Decanus Friſingenſis. Fridericus ſancti Andree. Utſchalcus Prepoſitus ſancti Viti. *Iſenricus de Waldeggt. Hain-*

Heinricus de Vagin. Engilbertus de Ahdorf. & alii quam plures. Datum Frisinge Anno Incarnat. Domini MCCXXXVII. Indict. XI. XV. Kal. Novembris.

N. XXVI. Præsentatio ad Parochiam in Pillersee. An. 1238.

Eberhardus Dei Gratia Salzburgensis Archiepiscopus A. S. L. feliciter Amen. Cum in actibus humanis sola miseriarum oblivio memoriarum sit inimica, & fluxibilitate temporum factum frequenter mutetur, vel dissolvatur humanum: Ideo posteritati fidelium patere volumus, quod venerabilis frater noster Heinricus Abbas de Rothe ratione & jure Patronatus, quod Monasterium suum in Ecclesia Pillersee habere dinoscitur, dilectum fratrem nostrum Dietricum Prepositum sancti Zenonis Halle in nostra constitutum presentia Ecclesia investivit eadem beneficio personali. Ut autem in futurum & post mortem dicti Prepositi Monasterio Rotensi super tali investitura questio sive preiudicium aliquod generari non possit vel debeat, hanc litteram inde conscribi, & sigillo nostro fecimus roborari. Testes autem sunt hii. Chuno Prepositus Salzburgensis. Pertoldus Abbas sancti Petri. Ulricus Abbas de Sevven. Eberhardus Prepositus de Boymberch. Henricus Plebanus de Echmaringen. *Otto de Chonegesperg Gerhohus de Pelheim. Albero de Walchen*, & alii quam plures. Acta sunt hec Anno Incarnat, Domini MCCXXXVIII. Indict. XII. XIV. Kal. Decembr.

N. XXVII. Eberhardus AEpisc. Salisb. Elemosynam confert ad structuram Ecclesiæ Rotensis. An. 1242.

Eberhardus Dei Gratia Salispurgensis Episcopus A. S. L. universis Ecclesiarum pastoribus per Provinciam Salisburgensem constitutis salutem nostri Salutaris. Quoniam ut ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi, recepturi prout gessimus in corpore sive bonum sive malum, oportet nos diem missionis extreme operibus misericordie pervenire, & seminare iugiter, quod

cum

cum centuplicato fructu recolligere valeamus, in celis; quoniam qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam eternam. Hinc est quod defectum & penuriam Rotensis Ecclesie paterno affectu considerantes, & eidem nihilominus compatientes subsidium & solatium aliquod ipsi dignum duximus conferendum. Unde mandamus fraternitati vestre, quatenus subditos vestros ad hoc charitative inducatis, ut eidem Ecclesie in edificiis collapse ad pavimentum novum, quod Abbas propter ruinam parietum inchoavit, elemosinarum suarum conferant subsidia. Nos vero omnibus memorate Ecclesie elemosinas suas pie conferentibus XXX. dies criminalium XL. venialium de iniuncta eis penitentia relaxamus. Dat. Ratispon. X. Kal. Aug.

N. XXVIII. Statutum circa homines proprios Mon. Rotensis. An. 1246.

Henricus Dei Gratia Rotensis Abbas cum toto Fratrum capitulo omnibus in perpetuum. Quoniam vero pastoris exemplo, qui ovem centesimam propriis humeris reportavit ad gregem plenius instructi, iure pastorali tenemur congregare dispersa, & congregata conservare; specialiter tamen filios nostros, iam a longo tempore violentia alienorum ab arce Karitatis & a gremio Ecclesie nostre reiectos in sinu paterno quasi a servili iugo Pharaonis reversos teneamur conservare & fovere. Hinc est, quod tenore presentium significamus universis tam presentis etatis, quam successiue posteritatis, quod nos cum consensu unanimi capituli nostri & totius familie nostre statuimus, & confirmamus, ut nulli liceat seu nobis seu successoribus nostris ministeriales nostros, qui post obitum *Chunradi* fidelis nostri, qui vulgo dicitur *Gurre*, ad Ecclesiam nostram fuerint devoluti, alicui infeudare, vel quocunque modo ab Ecclesia nostra abalienare. Ne autem in posterum aliquis successorum nostrorum hanc nostram constitutionem infrin-

infringere presumpserit, uniuersis, qui de progenie virorum illorum, qui olim dicti sunt Seichen, sunt progeniti, cum omni posteritate sua, presentem paginam contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratam, &, eos ad consortium ministerialium nostrorum secundum formam legum recepimus, in perpetuum Ecclesie nostre conseruandos, & ut ipsi vice versa non sine licentia & bona voluntate nostra, nullo modo ducant uxores, nisi de familia nostra. Si quis autem in futurum, quod absit, eos rursum ab Ecclesia nostra alienare attemptauerit, presumptio illius nulla sit & friuola & tamen anathema sit in die Domini datum anno gratie. M. CC. XLVI. VIII. Iun. Indict. III.

N. XXIX. Pactum cum Garsa circa homines proprios. A. 1249.

Fridericus Dei gratia Prepositus & Archidiaconus Ecclesie Garsensis totusque Conventus eiusdem cenobii feliciter. Amen. Pateat universitati fidelium tam presentis quam futuri temporis, quod nos ad peticionem Reinmari civis in Hochenavve, nec non amicorum suorum communi consensu & consilio, Chunrado, qui est filius Ecclesie Rotensis, & Alheidi uxori sue, que est filia Ecclesie nostre, concessimus talem graciam, quod si contingat, eos parvulos pariter generare, nobis & Ecclesie Rotensi equaliter participentur. Ut autem hec concessio a nobis vel successoribus nostris nullo modo infringatur, presentem paginam inde conscribi, & sigilli nostri munimine fecimus roborari. Dat. Wazzerburch anno 1249. 5. Id. Aug.

N. XXX. Confirmatio Iuris Patronatus in Pillerse. An. 1250.

Philippus Dei gratia Salzb. Ecclesie electus A. S. L. feliciter. Predecessoris nostri domini Eberhardi, beate memorie Archiepiscopi sedis nostre, privilegio super iure patronatus Ecclesie in Pillerse ad Monasterium Rotense pertinentis perlecto, & tenore eius considerato, ipsum privilegium de verbo ad verbum sub for-

ma duximus annotandum, volentes eidem Monaſterio a nobis & per nos ius patronatus predicte Eccleſie Pillerſee illibatum & ſalvum permanere. *Eberhardus Dei gratia Salzp. Archiepiſcopus &c.* (hic inſeritur totum inſtrumentum ſupra p. 383. deſcriptum (*ſub num.* 26.) quo abſoluto ita pergit Philippus).

Nos itaque felicis recordationis Predeceſſoris noſtri Archiepiſcopi Eberhardi veſtigiis inherentes ius patronatus in ſepe dicta Eccleſia Pillerſee Rotenſi Monaſterio ab ipſo confirmatum confirmamus, & preſenti ſcripto communimus. Teſtes autem ſunt hii. Otto Prepoſitus Salzburgenſis. Rikerus Abbas S. Petri. Wolframus Decanus. Hermanus Iuſtingarius. Margr. Hainricus & Dietmarus Notarii. *Conradus Comes de Wazzerburch. Gerhohus de Perchheim* Iſengrinus. Walchunus, & alii quam plures. Data Anno Incarnation. Domini MCC. quinquageſimo. Indict. VIII. pridie Idus Martii.

N. XXXI. Otto Dux Baioar. confirmat Rotæ decimas a Comtibus de Waſſerburg ipſi conceſſas. Anno 1253.

Otto Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavarie univerſis paginam hanc inſpecturis ſalutem in domino Ieſu Chriſto: preſentibus profitemur, quod nos ob remedium anime noſtre, nec non & omnium progenitorum noſtrorum omne ius, quod venerabilis Abbas Rotenſis & Eccleſia ſua in decimis a quodam Comite de Wazzerburch habuit de novis poſſeſſionibus & advocatiis adeptis, & in futurum habendis, vel modo quocunque aquirendis ad Caſtrum Wazzerburch & ad Caſtrum Roſenheim pertinentibus, recognovimus; libere & benigne ſtatuentes, imo firmiter precipientes, quod cellerarius noſter, qui tunc pro tempore fuerit in Wazzerburch, prefato domino Abbati Rotenſi & Eccleſie ſue decimas annuatim ſolito more ſolvere non omittat. Dat. Waſſerburch anno Domini MCCLIII. indict. XI. non. Ian. 3.

Num.

N. XXXII. *Donatio macelli Monacenſis.* An. 1253.

Hainricus iudex Monacenſis cum eiusdem civibus civitatis omnibus hanc paginam inſpecturis feliciter Amen. Huius ſcripti teſtimonio notum fieri volumus preſentibus & futuris, quod Conradus dictus Thoarer civis Monacenſis ob remedium anime ſue ac uxoris ſue defuncte Reilint, ac nunc preſentis coniugis ſue dicte Halwich omniumque ſuorum parentum vivorum & mortuorum, devote contulit & abſolute ipſis adhuc vivis, unum Macellum in foro Monaci, & iterum aliud Macellum huic adiacens poſt mortem ſuam & ſue uxoris Eccleſie Rotenſi; tali condicionis forma impoſita, videlicet ut perpetuo in memoriam pie recordationis dicti Conradi & Halwih conſortis ſue ante altare publicum die noctuque lumina ardeant, nec deficiant. Quod ſi forte procedente tempore per negligentiam alicuius ſupervenientis Abbatis, vel aliquo alio impedimento per prefate Eccleſie dominos, ut ſupra pretexatum fuit, in loco deputato luminaria Deo & ſanctis Marino & Aniano deputata minime comparuerint, ex tunc firmiter decrevimus, predicta macella ad noſtrum hoſpitale Monaci deinceps pertinere, nullumque penitus reſpectum prenominata habeat Eccleſia de predictis. Hiis ita compoſitis clareat, predictum Conradum iſta ſubſcripta Macella per manum ſui heredis Bertholdi, & voluntate cunctorum ſuorum parentum prelibate Eccleſie libere contuliſſe, & ut hoc ratum permaneat, preſentem litteram noſtro ſigillo confirmamus. Huius rei teſtes ſunt, Conradus Comes. Purchardus. Hoſel. Bertholdus iudex Conr. Gerhart Conr. Moringer Ainwinc. Conr. Perel. Conr. Fruncian. Conr. Foſſo. Rudolfus Comes, & alii quam plures. Acta ſunt hec Monaci anno Domini MCCLIII. V. Kal. Iul. indict. XI.

N. XXXIII. Erectio prima prioratus in Pillerſee. An. 1254.

Philippus Dei gratia S. Salzburg. Eccleſie electus Apoſtolice ſedis legatus univerſis preſens ſcriptum intuentibus noticiam

geſte rei. Ad diuini cultum numinis ampliandum tanto ſolicitius cura nos excitare debet officii paſtoralis, quanto divine Miniſterium diſpoſitionis nos creare voluit aptiores ad illa ſalubriter erigenda, quorum magnificant Chriſti gloriam officine, & per que apud homines operatio noſtra poterit commendari. Hac igitur conſideratione commoniti, dilectis in Chriſto Heinrico Abbati & conventui de Rot Ord. S. Benedicti Friſing. Dieceſis plenam, accedente conſenſu noſtri capituli, damus authoritate preſentium facultatem, ut in Eccleſia Pillerſee noſtre Dieceſis, in qua ius obtinent patronatus, liceat eis creare ſui ordinis Prioratum, & eundem per fratres ſui ordinis officiare, ſicut hactenus per ſeculares clericos regebatur, quibus eadem conſueuerat aſſignari, iure tamen Dieceſano ſaluo in omnibus, & per totum. Sed hec ut gratia eis facta ampliori plenitudine fecundetur, concedimus Abbati, & fratribus antedictis, ac ſucceſſoribus eorundem, ut prouentus ipſius Eccleſie illorum deſeruiant fratrum menſe, qui per Abbatem ipſum ad famulandum Deo illi loco pro tempore fuerint deputati. Prepoſito tamen de Halle, Dietrico ſcilicet, qui eandem Eccleſiam in preſentiarum detinet, cedente, vel ſoluendo carnis debitum decedente. In cuius facti teſtimonium & euidens documentum hec ſcripta fecimus figilli noſtri munimine roborari. Nos quoque Caplani Salzburgenſes, ne quis noſtrum conſenſum in poſterum dubitet arceſſiſſe, preſentem chartam ſigillo ſimiliter communiuimus. Actum Salzpurg. an. ab Incarnatione Domini M. CC. L. quarto III. Kal. April. in preſentia venerabilium in Chriſto Ottonis Eccleſie noſtre Prepoſiti. Richeri Abbatis S. Petri in Salzpurg. Abbatis de Moenſe, & dilectorum nobis Friderici Decani, Friderici cellerarii, & *Hermani de Iuſtingen* Canonicorum Eccleſie noſtre, & miniſterialium noſtrorum *Gerhohi de Radeke & Ulrici filii ſui*; *Liebhardi de Tegirvanc* & teſtium plurium aliorum in Domino feliciter. Amen.

NUM.

Num. XXXIV. Donationes variæ Ottonis de Stainhart. Anno 1255.

Henricus Dei gratia Rotenſis Abbas, & conventus ibidem omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris preſentem paginam inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Cum id, quod dignum eſt memoria litterarum ſit cuſtodie commendandum, caritatis veſtre auribus innoteſcat, *quod Otto* Liber *de Stainhart* per manum *uxoris ſue Chunegundis*, *& per manum Comitis Chunradi de Wazzerburch*, *qui donationis huius*, *de qua hic dicimus*, *fuit executor*, *quod vulgariter SALMAN dicitur*, has tres curias Geroldeſtorf, Werolfingen, Piugenperch & unum Molendinum in Steinhart nobis & eccleſie noſtre ſine omni contradictionis ſcrupulo poſſeſſione legitima tradidit & donavit. Item contulit nobis tres curias in Steinhart, cum omnibus attinentiis, que habentur & haberi poſſunt, cultis & incultis, per manum eiusdem uxoris ſue, que curias easdem poſſederat forma dotis, & per manum comitis ſupra dicti cum omnibus, que poſſedit pheodalis & non pheodalis: tali pacto, quod Otto predictus una cum uxore ſua dictas poſſeſſiones in Steinhart a nobis iure recepit pheodali tali modo, quodſi memoratus Otto absque liberis finiverit dies ſuos, uxori ſue pro tempore vite ſue bona illa liceat poſſidere. Si vero illa diem clauſerit extremum, maritus eius dictas poſſeſſiones tenebit, quamdiu vixerit pari modo; tali adiuncta conditione, ſi per eandem uxorem ſuam liberos poſſidebit, iidem liberi ſimiliter iure pheodali a nobis poſſeſſiones teneant antedictas. Ceterum ſi per uxorem aliam, vel illa per alium habebit pignora liberorum, de eisdem poſſeſſionibus in Steinhart nil commune vel iuris habebunt liberi iam predicti, eo quod omnia ſua, prout diximus, nobis libera contulerit poteſtate, tali tamen conditione, ut ſingulis annis unus modius avene & unus agnus de predictis bonis Geroldeſtorf, Werolfingen, Piugeberch, ſive pro iure advocatie, debeat mini-

ſtrari, nec idem ius eis liceat cuiquam obligare. Quodſi forte de iure eodem tollere voluerint ampliora, ius predictum pro parte ſui penitus exſpirabit: & ut totale poſſeſſionum earundem maioris quietis gratia & robuſtiori tenere pacis commodo valeamus, caſtrum noſtrum in Route cum curia in manus memorati Ottonis tradidimus, ipſeque eodem caſtro ſub proprietatis ſpecie Puchelarium inveſtivit. Ut autem hec omnia rate, & immobili ſtare debeant firmamento, nulliusque calumpnia talis donatio valeat mutilari, preſentem paginam predicti comitis & noſtri ſigillorum munimine fecimus roborari: hac addita ratione, ut ſupra dicta bona Geroldeſtorf, Werolvingen, Piugenperh, & molendinum dictum in Steinhart pro XL. libris denariorum redimere debeamus: hoc etiam noticie declarantes, quod XII. libras denariorum preter illas 40. libras Ottoni dedimus ſepe dicto, ſibique propter eandem donationem, quemadmodum eſt expreſſum unius ſacerdotis prebendam pro diebus vite ſue dedimus preter veſtes. Acta ſunt hec anno domini MCCLV. teſtibus ſubnotatis. *Chunradus Comes de Wazzerburh. Bertholdus de Vogen. Chunradus Puchelarius. Ortolfus de Inningen. Fridericus Arm. Chunradus de Soehſenheim. Heinricus de Goggelingen. Heinricus & Otto filii eius. Chunradus Planch. Waltherus. Diettmarus, Ottoearus fratres de Schalchdorf. Ekerdus. Abelo. Fridericus. Fridericus hoſpitalarius. Rudigerus claviger. Dietricus Claviger. Chunradus Camerarius. Chunradus de Hoſlangene Otto de Steinhart. Chunradus ſervitor ſuus*, & alii quam plures.

N. XXXV. Egeno Epiſcopus Tridentinus confert Rotæ ius patronatus in Kirchdorf. Anno 1258.

Omne, quod fit in tempore ſimiliter fugit cum fuga temporis, & de humanis factis ſepe ſolet calumpnia ſuboriri, ſi non fuerit ſcripti memoria, aut voce teſtium confirmata. Eluceſcat igitur

igitur vitam agentibus & sciant, quod nos Egno Dei gratia Tridentinus Episcopus ecclesiam nostram Chirchdorf, sitam in valle Gœttingen Frising. Diecesis, que ad nos in temporali iurisdictione immediate spectat, domino Chunrado venerabili Abbati de Rot, cum omni iurisdictione & possessionibus eidem Ecclesie attinentibus, nomine & ad vitam sive tempus ipsius persone commisimus, & concessimus possidendam; eo scilicet modo, quo hactenus dicta ecclesia suis fuit antecessoribus a nobis & a nostris predecessoribus elargita: statuentes, ut nobis aut successoribus nostris, sive canonicis vel nunciis nostris illas partes aliquando transeuntibus hospitio receptis servicium impendant de ecclesia memorata. Igitur ne hoc donum processu temporis aliquando litigantium impeticio valeat infirmare, factum id voluimus mandare litteris cum appositione nostri sigilli. Actum in Bozano in Capella sancti Andree castri nostri anno domini MCCLVIII. indictione 1ma presentibus Dominis Archidiacono Mrg. Bononie Canonicis & Domino *Calocho de Winek* & Vigilio Capellano in omnium sanctorum festivitate. Ego Albero scriba interfui & rogatus scripsi.

N. XXXVI. Ius Patronatus in Emering. An. 1259.

V. Dei gratia Prepositus. H. Decanus ecclesie Frisingensis F. Prepositus sancti Andree. Omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium Salvatore. Cum Chunradus dictus Hoentlin Civis Monacensis Dominum Abbatem & Conventum Rotenses super fructibus ecclesie Ehmering, quos ad certos annos percipiendos idem Chunradus a Domino *Rudolfo de Rubelstorf* bone memorie de auctoritate tunc Abbatis in Rot & Conventus, ut asseruit, comparavit, coram capitulo nostro traxisset in causam, eaque aliquamdiu ventilata compositioni intendere hinc inde visum fuit non modicum expedire. Et quia super eadem ecclesia inter dictos Abbatem & Conventum ex una & dominum *H. de Potel-*

pack

pach existentem in possessione ipsius ecclesie in Ehmering ex altera, contentio vertebatur, & illorum amicabilis compositio concordie inter prefatos Abbatem & Hoentlinum esset quam plurimum inductiva, ex bonorum virorum Consilio tam de lite, que inter dictos Abbatem & Conventum, & Dominum H. super memorata ecclesia vertebatur, quam de questione inter Abbatem & Hoentlinum super fructibus eiusdem, in nos est ab istis omnibus legitime compromissum; sub hac videlicet pena, ut persona contra nostrum arbitrium veniens, iacturam cause sue debeat sustinere. Nos autem habito consilio sumus taliter arbitrati, ut Dominus Abbas VI. Libras monacenses Chunrado dare teneatur. item Dominus H. similiter eidem Hoentlino 6. libras vel fructus ecclesie in Ehmering anni presentis assignet, optione ipsi. H. super hoc concessa. Item ipse Hoentlinus habeat actionem, si voluerit, contra Dominum Ulr. de Mosen, qui violenter partem fructuum dicitur abstulisse. Item dominus. H. de Putelpach possessione Ecclesie in Ehmering quiete gaudeat, & Dominus Abbas ab actione sue possessionis Henricum scolarem suum per eum ad ipsam ecclesiam presentatum. nec admissum, ac ipsius amicos debet compescere bona fide, & ipse scolaris sua autoritate nihil sibi in eadem ecclesia audeat usurpare. Liberum etiam sit domino Abbati & ecclesie in Rot, de proprietate iuris Patronatus ecclesie ante dicte cum Domino Episcopo, quando voluerit, vel in iudicio contendere, vel cum eo aliter convenire. Sive autem ecclesia Rotensis in proprietate iuris patronatus obtineat, sive succumbat, tamen tam sepe dictus H. quam prefatus Hainricus scolaris, utendi iure, quod utrique potest competere, plenam ac liberam habeat facultatem. In cuius rei argumentum presens scriptum sigillis capituli Frising. & propriis volumus roborari. Acta sunt hec anno Domini, 1259. 5. Kal. Iun. indict. 2da.

Num.

N. XXXVII. Hugo de Lapide sive de Stein donat Rotæ curiam in Rochen. An. 1259.

Hugo Dei gratia *dictus de Lapide* universis presentem cedulam inspecturis salutem in vero Salvatore. Sicut aque fluviales continuo labuntur, donec invenerint obstaculum; sic humana negocia dilabuntur, nisi scripti testimonio coartentur. Noverint universi, quod nos Hugo de Lapide cum manu fratris nostri *Ulrici de Velturnes* curiam dictam super Roche, ob remedium anime nostre & omnium parentum nostrorum, Ecclesie in Rot post mortem nostram libere tradidimus & absolute, & ut hec roboris firmitate observentur, sigillo *fratris* nostri, & nostro firmiter duximus roborandum. Dat. Monac. hiis presentibus: nobilibus *fratribus Friderico & Berol de Wange. Ulrico de Velturnes.* Magr. Nicolao Notario Ducisse Bavarie, & aliis quam pluribus. A. Dom. MCCLIX. 7. Id. Octobris.

N. XXXVIII. Alexander IV. committit Abbatibus de Ebersberg & Ætl cognitionem causæ inter Rotam & nobiles de Stein & Wineck vertentem. An. 1260.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, ... de Eberspech & ... Aetel Abbatibus Frising. Diecesis salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii ... Abbas & Conventus Monasterii de Rote nobis conquerendo monstrarunt, quod nobiles viri *Hugo de Stein super Retimo, Chunradus & Reymbertus de Winake fratres, laici* Tridentine Diecesis, super terris possessionibus & rebus aliis iniuriantur eisdem. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audiatis causam, & appellatione remota fine debito terminatis; facientes quod decreveritis, per censuram Ecclesiasticam firmiter observari: provisо, ne in terram dictorum nobilium excommunicationis vel interdicti sententiam proferatis, nisi super

hoc mandatum a nobis receperitis ſpeciale. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Dat. Anagnie X. Kal. Iun. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

N. XXXIX. Abbas Rotenſis conſtituitur collector Cenſus Romani. Anno 1260.

Venerabili in Chriſto Patri Domino Conrado Abbati Rotenſi Ioannes Dei gratia Domini Pape familiaris, in Allemanie partibus ac Ungarie ſuper colligendo cenſu & aliis ſibi ab Apoſtolica ſede commiſſis eiusdem Domini nuntius ſpecialis, ſalutem in domino. Devotionem veſtram, quam circa geritis Romanam Eccleſiam, reſpicientes ad plenum, Paternitati veſtre committimus, ut in Epiſcopatu Friſingenſi, noſtro & Eccleſie Romane nomine ab Eccleſiis, & Monaſteriis cenſualibus ipſius Epiſcopatus ac eiusdem Dieceſis poſitis, cenſum reapſe procuretis, providentes, ut ſecundum tenorem reſcripti domini Pape recipiatis eundem, cuius tenor reſcriptis eſt talis. Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Magro. Ioanni de Cera familiari noſtro ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Puritatem devotionis & fidei, quam circa Romanam Eccleſiam geris, ac tuam probatam induſtriam per experientiam cognoſcentes te ad partes Allemanie ac Ungarie pro quibusdam ſpecialibus Eccleſie Romane negotiis duximus deſtinandum. Ut itaque negotia ipſa eo efficacius exequi valeas, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, diſcretioni tue preſentium auctoritate committimus, ut univerſos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, Decanos, Prepoſitos ac Prelatos, Capitula & Conventus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Prioratuum partium Allemanie ac Ungarie ad ipſam Romanam Eccleſiam ſpectantium, ad hoſtendendum exemptionis ſue privilegia,

&

& ſolvendum in noſtro nomine cenſus eidem Eccleſie Romane debitos ab eo tempore, quo illos nobis, vel Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus legitime docere non poterunt ſe ſolviſſe, monitione premiſſa per ſuſpenſionis & excommunicationis in perſonas & in Eccleſias, Monaſteriaque predicta interdicti ſententias, appellatione remota non obſtante, ſi aliquibus perſonis vel locis a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod ſuſpendi vel interdici aut excommunicari non poſſint, ſive aliqua indulgentia ſedis eiusdem, per quam executio commiſſionis huiusmodi impediri valeat, vel differri, & de qua, ſeu cuius tenore toto oporteat in noſtris litteris fieri mentionem, aut quibuslibet aliis litteris noſtris ſuper exigendis & recipiendis eisdem cenſibus cuicunque directis, ſeu conſtitutione de duabus dictis edita in Concilio generali: proviſo, quod de quantitate predictorum cenſuum, quam recipis, patentes litteras ipſorum, qui illam perſolverunt, recipias, tuque nihilominus tuas concedas eisdem. Dat. Anagn. 7. Kal. April. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Autoritate predicti mandati volumus, & mandamus, ut privilegia Eccleſiarum & Monaſteriorum predicte Dieceſis, que cenſualia ſunt, videatis, & ſecundum tenorem predicti mandati cenſum ab omnibus Eccleſie Romane debitum ſine diminutione aliqua recipere procuretis faciendo de receptione eisdem ſolventibus apochas, ipſorumque patentes nihilominus habeatis. Contradictores vero & rebelles, ſi quos inveneritis, ex noſtra auctoritate predicta excommunicationis vinculo innodamus, ipſorumque Monaſteria & Conventus ex nunc infra, ſcriptis, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, quorum abſolutionem & relaxationem Paternitati veſtre duximus committendum, dummodo de predicto cenſu vobis ſatisfaciant, ut tenentur; & quia premiſſis perſonaliter intereſſe non poſſumus propter alia negotia nobis commiſſa, Paternitati veſtre vicem noſtram duximus committendam ex parte

Domini Pape. Authoritate, qua fungimur in hac parte, mandantes, quatenus veſtra Paternitas ſic ſe gerat, ut coram domino noſtro poſſit merito commendari, cauti ſolliciti exiſtentes, ut totam pecuniam dictorum cenſuum usque ad feſtum beati Iacobi proxime venturi ad manus noſtras omni occaſione poſtpoſita habeatis; facientes de ipſa pecunia ſicut habebitis per noſtras litteras ſpeciales. Dat. in Weyſteven apud Friſingam die 8. Iun. Pontificatus Domini Alexandri Pape Anno ſexto.

N. XL. Ludovicus II. Dux Baioar. irritat collationem feudorum ab Abbate Rotenſi peractam. An. 1262.

Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavarie univerſis iudicibus ſuis gratiam ſuam. Noveritis, quod venerabilis Abbas de Rote obtinuit per ſententiam coram nobis, quod nec collaciones feudorum, nec pacta vel promiſſa domini Henrici Predeceſſoris ſui felicis recordationis, que ſine Conſenſu conventus ſui, vel etiam ſigillo ſuo proprio feciſſe dinoſcitur, ratas debeat obſervare. Unde vobis diſtricte precipiendo mandamus, ut eundem Dominum Abbatem & eccleſiam ſuam ab hiis, qui ipſum impetunt, de predictis defendere ſatagatis. Dat. in Wazzerburch. 3. Non. Maii 5ta indictione.

N. XLI. Incorporatio Prioratus in Pillerſee. An. 1262.

Ulricus Dei gratia ſancte Salzburgenſis eccleſie Archiepiſcopus A. S. L. univerſis preſens ſcriptum intuentibus ſalutem in vero ſalutari. Inherere priſcorum prudentum veſtigiis cupientes dignum duximus ea, que in noſtri actitantur preſentia, fideli ſcriptorum memorie commendare, ne ſubrepens oblivio deleat, vel fluida vetuſtas temporis obducat res geſtas, quarum eſt noticia non tantum preſentibus, ſed etiam poſteris fructuoſa. Volumus igitur ſingulorum noticiis apperire, quod cum venerabilis

Cun-

Cunradus Abbas Monaſterii de Rot. Friſing. Dieceſis coram nobis privilegia, Papalia Imperalia & felicis recordacionis Eberhardi Anteceſſoris noſtri Salzburgenſis Archiepiſcopi & capituli eiusdem, nec non Henrici venrab. fratris pie recordationis Chimenſis Epiſcopi tamquam ordinarii, & alia, quibus iuvatur ſua eccleſia, protuliſſet, diligenter ipſis viſis & perlectis, invenimus in eisdem, ius Patronatus Eccleſie in Pillerſe Chimenſis dieceſis ad predictum Abbatem & Conventum libere pertinere: & cum nobis de hoc ſit per eorum privilegia pleniſſime facta fides, nolumus ipſis ab aliquo ſuper hoc queſtionis vel ambiguitatis de cetero ſcrupulum ſuboriri, preterea, ſicut per relationem ipſius Abbatis & aliorum diſcretorum virorum intelleximus, quedam novalia modernis temporibus in predicta Parochia excreviſſe, pro quibus nobis humiliter ſupplicavit, ut per noſtrum moderamen & ordinationem ſibi, qui ius nomine ſuo, & ſue eccleſie, preſentandi habet in predicta Eccleſia, & ſuo Monaſterio occaſione eorundem novalium que maxima in parte ſuis & ſuorum ſumptibus exculta ſunt, commodum aliquod obveniret. Nos igitur conſideratione & ſufficienti & canonica inſpectione antedictorum inſtrumentorum moniti, & ex certa conſcientia inducti dilectis in Chriſto Cunrado Abbati & Conventui de Rot Ord. ſancti Benedicti Friſing. Dieceſis, uſi conſilio prudentum virorum ad aucmentum cultus diuini, damus auctoritate preſencium facultatem, ut in Eccleſia Pillerſe Chimenſis Dieceſis, in qua iuris equitate ſuadente dictus Abbas & ſua eccleſia ius obtinet patronatus, liceat eis ibidem locare ſecundum iuris ordinationem duos confratres ſui ordinis, vel perſonam idoneam ſecularem, prout ſecundum decenciam & utilitatem ſibi & ſue eccleſie viderit expedire, iure tamen dieceſano ſalvo in omnibus & per totum. Adhec, ut gratia eius facta ampliori plenitudine ſecundetur, concedimus Abbati & fratribus antecedictis, ac ſucceſſoribus eorundem, ut proventus ipſius eccleſie illorum de-

ſerviant fratrum menſe communi, pariter & illis, qui per Abbatem ipſum ad famulandum Deo illi loco fuerint deputati. Omnes etiam decimas novalium preteritorum, preſencium & futurorum, que Abbatis & Monaſterii ſumptibus exculta fuerint, ad ipſum decernimus integre pertinere. Et ut hec tam in ſolutione cenſus annalis, quam in iure procurationum, viſitationum & iuris Katedratici ſine gravamine predictorum Abbatis & ſui Conventus per Rectorem eiusdem plebis, qui pro tempore ibidem fuerit inſtitutus, ſicut in aliis inſtrumentis plenius continetur, roboris firmitate inviolabiliter obſerventur, preſentem cedulam noſtri ſigilli munimine fecimus firmiter roborari. Sunt autem hii teſtes, qui rogati interfuerunt Albertus Abbas Seevenſ. Dietricus cuſtos eiusdem loci. Nicolaus Decanus in Prukke. Mgr. Ioannes Scholaſticus & Canonicus Ottingen. Pertholdus Notarius de Sewen. Henricus Saxo iudex in Megelingen. *Otto liber de Steinhart.* Henricus Allec. de Rot. Ulricus dictus Stöer & alii quam plures. Acta ſunt hec apud Otingen in die Lucie anno Domini MCCLXXII. XVIII. Kal. Ian.

N. XLII. Pactum cum cœnobio Attl de Ancilla An. 1263.

Nos Dei Gratia Abbas & Conventus Eccleſie Etlenſis omnibus in perpetuum. Notum eſſe volumus tam preſentis quam futuri temporis Chriſti fidelibus, quod nos ex divina clementia ad conſervandam nobis gregis commiſſi iuſticiam conſtituti iuſtas & honeſtas peticiones admittere tenemur, admiſſas vero noſtri ſigilli munimine roborare. Nos vero ad peticionem Domini noſtri Chunradi Ven. Abbatis de Roth & Conventus eiusdem concedimus & indulgemus filie Eccleſie noſtre ſervilis. condicionis licentiam & liberam facultatem unum de familia Rotenſis Monaſterii legitimum contrahendi matrimonium; ſub tali pacto & forma, quod pueri a predicta ancilla ſic contrahente nati, nobis & ipſi Monaſterio Rotenſi equaliter,

liter dividantur, ita tamen, ut nobis de pretaxata filia Ecclesie nostre videlicet Diemod primus heres cedat. Datum in Etel pridie Kal. febr: Anno Domini 1263.

Num. XLIII. Pactum cum Ducibus Bavariæ de mancipiis. Anno 1263.

Ludovicus Dei Gratia Comes Palatinus Reni Dux Bavarie omnibus in perpetuum. Notum esse volumus, quod nos ad petitionem dilecti nostri, Chunradi venerabilis Abbatis de Roth concedimus & damus licentiam & liberam facultatem omni familie nostre utriusque sexus de familia Rothensis Monasterii legitimum Matrimonium contrahendi sub tali pacto & forma, quod ministeriales & quilibet dicti Monasterii familiares simili modo per datam & indultam versa vice ab eodem venerabili Abbate licentiam cum nostris contrahendi habeant potestatem: hoc incluso, quod pueri & liberi contrahentium nobis & Rothensi Monasterio equaliter dividantur, adjicientes, quod ab eo, de cuius familia Mater existit, incipiat particio liberorum. Ut autem dictus noster contractus inviolabiliter observetur, presentem paginam sigilli nostri impressione fecimus roborari. Dat. apud Wazzerburch Anno Domini 1263. 4. Id. April.

N. ILIV. Clemens IV. committit Seonensi Abbati causam Rotam inter & Gottwicum vertentem. An. 1266.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio, Abbati Sewensis Monasterii Ord. S. Bened. Salzburg. Diecesis salutem & apostolicam Benedictionem. Sua nobis dilectus filius Abbas Monasterii Rothensis petitione monstravit, quod cum ipse contra .. Abbatem Monasterii Chotwicensis, Pataviensis Diecesis super terris possessionibus & rebus aliis ad .. Decanum .. Thesaurarium & .. Cantorem Ecclesie Salzburgensis litteras apostolicas impetrasset, iidem judices, quia dictus Abbas Chotwicensis citatus legi-

legitime comparare coram in prefixo termino peremtorio competenti contumaciter denegavit: propter huiusmodi contumaciam manifestam eundem Abbatem Rotensem in possessionem terrarum, possessionum & rerum huiusmodi petitarum, in iudicio causa Custodie induxerunt, quam nancisci non potuit propter potentiam & malitiam partis adverse per annum & amplius, quapropter idem Abbas Rotensis petiit sibi super hoc apostolice sedis providentia subveniri. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si ita est, eundem Abbatem Rothensem in earundem terrarum possessionem & rerum inducas, & sicut iustum fuerit, defendas inductum. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Dat. Viterbii. 7. Kal. Iunii Pontificatus nostri Anno secundo.

N. XLV. Heinricus Dux Baj. confirmat Rotæ Decimas de Rosenhaim An. 1267.

Nos Heinricus Dei Gratia Palatinus Comes Reni Dux Bavarie tenore presentium profitemur & constare volumus universis hanc litteram inspecturis, quod nos in remissionem nostrorum peccaminum, nec non progenitorum nostrorum omne ius, quod Dominus Abbas de Rot & Ecclesia sua in decimis habere dinoscitur ex antiquo a Comite de Wazzerburch, videlicet de possessionibus & advocaciis adeptis & in futurum aquirendis ad Castrum Rosenheim & Brandenberch, qualitercunque ad illa devolvuntur, quod pertineant ad eadem: dicto Domino Abbati & Ecclesie sue decimas eorundem bonorum, que ad Granaria in dictis castris proveniunt, a Cellerario nostro in perpetuum dari procuravimus pleno iure, sicut ab illustri Patre nostro Ottone fel. recordacionis annis plurimis tenuerunt: volentes & precipientes districte, ut quandocumque

que dictus Abbas vel nuntius eiusdem tempore statuto easdem decimas requisierit perfolvendas, cellerarius noster, vel quicunque procurator in dictis exstiterit castris, sibi absque contradictione qualibet perfolvantur. *Testes illustris Rex Chunradus II. Dux Suevie, Ierusalem & Sicilie Rex. Illustris Fridericus Dux Austrie & Stirie Marchio de Baden. Viri nobiles. Comes Ch. de Mospurch. Item Ch. de Mosch. Al. liber de Halse. B. de Fraunberg.* & alii quam plures. Datum & actum aput Rot anno Dom. MCCLXVII. II. Id. Augusti.

N. XLVI. Commutatio Alsternzage pro curia in Niederroth. Anno 1268.

In nomine Domini Amen. Laudabile est scripture testimonium, quod veritate sua lites reprimit, & evacuat calumpnias actionum. Noverint igitur universi presentem paginam inspecturi, quod nos Ulricus Dei gratia Prepositus totusque Conventus Ecclesie S. Marie in Undistorff, bona inter nos deliberatione habita, curiam nostram in villa, que dicitur Rota, cum omnibus suis attinentiis, quesitis & inquirendis, Ecclesie Rotensi & Conventui ibidem ex communi consensu nostro omni iure, quo nos possedimus, contulimus proprietatis titulo possidendam, pro cuiusmodi donatione Venerabilis Dominus: -- Abbas totusque Conventus in Rot predia sua, sive huebas in Alsternzage sitas, nostre Ecclesie vicinas, & quidquid exceptis decimis, ibidem habuerant, nobis in recompensationem nostre Curie cum omnibus suis pertinentiis commutantes, eodem iure, quo nos ipsis curiam nostram tradidimus, vicissitudine debita ad nostram Ecclesiam contulerunt. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi fecimus nostri Conventus sigilli munimine roboratum. Acta sunt hec anno ad Incarnat. Dom. MCCLXVIII. Indict. X. XIV. Kal. Marcii.

N. XLVII. Ludovicus II. Dux Baioar. eximit Rotenſes a preſtatione Telonei in Ratenberg. An. 1270.

Nos Ludwicus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bavarie. Notum facimus univerſis preſentem litteram inſpecturis, quod conſideratis & inſpectis fidelibus & devotis ſervitiis, que nobis dominus Conradus Venerab. Abbas de Roth usque nunc exhibuit, & exhibiturus eſt in futurum, eidem pro ſe, & pro omnibus ſucceſſoribus ſuis ac Eccleſie ſue in perpetuum hanc duximus gratiam faciendam, quod de omnibus proventibus, qui in alveo Oeni, in vino, frumento, & quibuscunque aliis, que ad regimen domus ſue pertinent, apud Rattenperg Caſtrum noſtrum nullum telonium recipi debeat, aut requiri: ut autem huiusmodi gratie noſtre, dicte Eccleſie Rotenſi indulte, per nos & heredes noſtros inviolabiliter obſerventur, preſentem litteram in teſtimonium ſcribi, & noſtri ſigilli munimine iuſſimus communiri. Dat. apud Roth Anno Domini MCC. ſeptuageſimo. 4. Kal. May.

N. XLVIII. Pactum inter Rotam & nobiles de Chazbach de mancipiis 1272.

Quoniam in omnibus tractatibus maxime cautella neceſſaria videatur, noverint cuncti hanc paginam intuentes, quod nos Chunradus Abbas Rotenſis Eccleſie, & *Gotfridus de Chazzbach* unanimi conſilio & conſenſu amicabiliter ſub tenore harum compromittere decrevimus; liberos, qui fuerint progeniti de Ulrico proprietario dicti *Gotfridi de Chazzbach* & de Gertrude, que divortialiter ab eodem coram Eccleſia ſeu iudicio ſpiritualiter iuxta iuris ordinem ſeparata, nec non de Dyemude, que ſibi nunc eſt matrimonialiter copulata proprietariis Abbatis & Eccleſie Rothenſis nulla calumpnie materia advoluta, debere equa lance partiri: videlicet ut una pars prelibatorum liberorum libere & ſolute cedat Eccleſie memorate, & altera pars iure proprietario ipſi dicto Gotfrido de Kazzbach. Ut autem id ipſum firmirer maneat inconvul-

vulsum; presens scriptum de hoc fieri iussum est, & sigillo ante fati Domini Abbatis in amborum presentia communiri. Actum in Roth Anno Domini 1272. pridie Kal. Marty.

N. XLIX. Adelheyd nobilis femina de Hard mancipatur Rote. Anno 1273.

Nos Nicolaus permissione divina Abbas, Chun. Prior, totusque Conventus Monasterii in Etel universis presens scriptum intuentibus noticiam rei geste. Ne discreta hominum facta, que aguntur in tempore, cum tempore memorie nomen perdent, propter oblivionem vel invidiam posterorum, necesse est ea memorie successorum stabili privilegio commendare. Tenore igitur presentium volumus fore notum omnibus tam presentis etatis quam future posteritatis, quod nos Dominam *Alhaidem Uxorem Pertholdi nobilis dicti de Harde*, eiusdemque heredes, si quos genuerit tempore subsequente, de communi nostri Conventus Consilio & consensu pari voto atque nutu, cum omni sua posteritate ad SS. Marini & Aniani altare Rotensis Ecclesie absque cuiuslibet impeticionis seu contradictionis gravamine, qualibet conditione postposita & excussa, perpetuo libere donavimus ac solute, cum omni iure proprietatis, sicut ad nostram Ecclesiam hactenus pertinebat: eo namque iure proprietario ob devotionis affectum, quem erga Cenobium Rotensis Ecclesie gerimus incessanter, cedimus largimurque; sincere asserentes, prefatam Alhaidem una cum eius heredibus nunc & in posterum nanciscendis non amplius ad nostram Ecclesiam sed ad Rotense Cenobium pertinere, ad quod & ipsam per nos traditam manifeste presentibus profitemur. Quod autem huiusmodi nostra traditio ipso Rotensis Ecclesie Cenobio exhibita tam libere ac honeste, robur obtineat perpetue firmitatis, presens scriptum fecimus nostrorum munimine sigillorum roborari, testibus, qui presentes aderant, subnotatis, istis videlicet de Conventu Abbas Nicolaus. Ch. Prior. Hainricus Custos. *Ul. & Fri-*

dericus dicti de Amerangeu. Ch. Gere notarius. Siboto. Presbyteri. Cunrad Diaconus. Henricus Subdiaconus. Fridericus notarius, & alii quam plures. Actum & datum in Etel anno Domini 1273. 15. Kal. Martii.

Num. L. Meinhardus III. Comes Tirolis eximit Rotenſes a preſtatione Telonei pro vino exſolvendi. Anno 1275.

Que aguntur in tempore, cum tempore memorie nomen perdunt, niſi vivaci ſcripturarum teſtimonio perennentur. Notum ſit igitur omnibus tam preſentis etatis, quam future poſteritatis, quod nos *Meinradus Tirolis & Gorizie Comes, Aquilegienſis & Brixinenſis eccleſiarum Advocatus* ob devotionis affectum, quem erga Cenobium in Rote gerimus inceſſanter, nec non propter dilectionis regularitatem, qua virum honorabilem dominum Cunradum tunc temporis loci Abbatem non ſine ſuis meritis amplexamur, predicto Abbati & Conventui hanc facimus gratiam ſpecialem, quod per ſingula theloneorum, noſtrorum loca preſatus Abbas & ſucceſſores ſui equos triginta duos oneratos vino ſine omni requiſitione thelonei, ſive alterius impedimenti, ſive moleſtationis genere annuatim educant, nullum omnino de predicto vino theloneum perſolventes. Ne autem hec noſtra gratia a noſtris poſteris infringatur, ſed ab heredibus noſtris inviolabilis perpetuo conſervetur, in memoriam preſcriptorum cartam preſentem conſcribi iuſſimus, & ſigilli noſtri munimine roborari. Mandamus igitur univerſis thelonariis noſtris, preſentibus & futuris diſtrictius iniungentes, quatenus ea, que preſcripta ſunt, ſine diminutione aut contradictione qualibet obſervantes, in premiſſa eductione vini ſepe dictum Abbatem & eius ſucceſſores nunc & in poſterum impedire non preſumant, vel ullatenus moleſtare. Actum & datum in Chufſtein Anno Domini MCC. ſeptuageſimo quinto III. Kal. Ian. indict. tertia.

Num.

N. LI. Sententia circa Alpes quasdam. circa An. 1280.

Ego *Wi: de Crespurch*, Domini Ludovici illustris Ducis Bavarie Vicedominus scire cupio universos presentem paginam inspecturos, quod cum lis & contencio versans fuerit inter venerabilem Dominum *Nicolaum* Abbatem de Roth & Dominum *Al.* & *filios suos Al.* & *Winhardum de Habychawe* pro quibusdam Alpibus, quas contra iusticiam suo detinerunt Monasterio multis annis. Ad instantem igitur ipsius Domini Abbatis peticionem compassus inclitus Dominus meus L. Dux Bavarie iniurie sibi facte me iudicem & decisorem huiusmodi litis, salvis iuribus utriusque partis, statuit, & prefecit. Habito itaque iudicio apud Walsepach utramque partem stare feci iudicio & utrobique de iustitia respondere. Ecce Ven. Dominus Abbas de Roth, gaudens iure suo solempniter processit, & optinere poterat dictas Alpes testibus fide dignis, quos in promptu habebat producendos, sicut prius optente fuerant per dimensiones & metas Alpium positas ex antiquo. Verum cum idem Dominus Abbas existinaretur prevalere iure suo, & Dominus Al. suique filii prenominati cadere a iure suo, si quod haberent, tandem propter maius bonum Domino Al. suisque filiis exhibitum in arbitros fuerat compromissum, & definitivo modo decisum taliter & sopitum, cuius decisionis personali voce auctor existens, quod ipse Dominus Al. suique filii predicti proprie remitterent dictas Alpes pro duabus sibi libris dandis, & ammodo evitarent dampnum huiusmodi inferendum, ne quod absit damnum subsequens delerent, & abstergerent cum elapso, ut firmiter promiserunt. Testibus, qui presentes aderant, nihilominus subnotatis. Hii sunt testes: *Otto Liber de Walhen. Dominus Otto de Wietnwarth. Dominus Wolfgerus de Clainstein. Dominus R. Haslanger & filius suus Ot. Dominus Gotfridus de Walde. Dominus Reychcrus miles vice Domini Dominus H. de Aberstorf. Dominus*

Engelbertus de Choſſtein iudex. & Loochenſtein dictus Pienzenaw. Oct. dictus Pann.

N. LII. Heinricus Epiſcopus Ratisp. donat Rotæ decimas novales in Launn. An. 1279.

Heinricus Dei gratia Ratispon. eccleſie Epiſcopus univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in omnium Salvatore. Etſi ſuſcepte adminiſtrationis officium, ad quos nos licet immeritos Dominus evocavit, univerſis & ſingulis ad preſtanda noſtre liberalitatis beneficia teneamur, illis tamen in officiis charitatis primo loco nos obnoxios reputamus, a quibus nos & anteceſſores noſtri recognoſcimus prompta & devota ſervitia recepiſſe, & eis maxime, qui hoſpitalitatis exempla ad omnes generaliter propagantes, abnegatis ſecularibus deſideriis divinis ſeſe cultibus mancipant. Cum ergo dilecti in Chriſto Abbates Monaſterii in Roth, & ſpecialiter religioſus vir & probatus & nobis in Chriſto dilectus Dominus Nicolaus nunc Abbas eiusdem monaſterii erga nos & Ratispon. eccleſiam & anteceſſores noſtros nihilominus tot prompte devotionis & devote promptitudinis cumulaverit beneficia, & cumulet inſtanter, quod de repenſiva meritorum ſuorum debeamus non immerito cogitare: Nos ad preces ipſius & inſtantiam de plena voluntate & conſenſu noſtri capituli decimas novalium nobis & ſucceſſioribus noſtris publico iure debitas, que de ſilva ſita inter montes, qui dicuntur Ozzer, Advvich & Dwerheke iuxta parochiam Choſting, & inter flumina, que dicuntur Imber Albus & Lomn, quam ipſi de novo extirparunt & adhuc extirpare intendunt, nunc & in futurum poterunt provenire, ſibi & Monaſterio ſuo conceſſione perpetua confirmamus & donamus: volentes, quod eedem decime predicti Monaſterii uſibus debeant irrevocabiliter applicari, quo magis & melius prenotati Abbas & Monaſterium poſſint conſulta hoſpitalitatis ſolatia exhibere. Et quia gratiarum

tiarum actio est percepti beneficii recognitio, prenominati Abbas & Conventus in signum amicitie & favoris liberaliter promiserunt, quod nostrum anniversatium, cum nos Dominus revocaverit ex hac vita, cum Conventu in suo Monasterio debitis exequiis perpetuo celebrabunt. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi fecimus, & sigillorum nostri videlicet & Capituli nostri robore communiri. Dat. Ratisp. Anno Domini 1279. 4. Kal. Iunii.

Num. LIII. Otto de Walchen donat Curtem Rehentsau. Anno 1279.

Cum vita hominum brevis sit, memoria fragilis, & homines nostri temporis proni sint ad litigandum, necesse est, ut gesta temporum & acta scriptis ac testibus confirmentur. Ego igittur *Otto de Walchen senior* cupio scire tam singulos, quam universos, quod ven. Dominus meus Abbas Dei Gratia Nycolauus nomine, cum unanimi consilio & consensu Ecclesie Rotensis, cui preest dignitate laudabili & Pastorali, Schweigam dictam Rehentsowe sitam in territorio Pillersee cum omnibus attinentiis suis, videlicet hubis illic pro supplemento Schwaige deputatis, michi tempore vite mee tantum, iusto & legali titulo feodi contulit pleno iure; pacto tamen hoc intercluso, quod post decessum mee proprie carnis humane antedicta Schwaiga cum attinentiis suis quibuslibet ab omnibus meis heredibus, cuiuscunque sexus fuerint, tam presentibus quam futuris, eidem cenobio incipiat vacare eadem vaccaricia, ac omnino amodo in integrum libera maneat & existat. Ut autem nullius hominis Cavilacio ad hec acta fiat, seu generetur, presentes conscribi faciens & sigilli mei caractere communiri cum testibus subnotatis in testimonium & cautellam. Testes vero sunt *Eber* dictus, filius suus *Ludoviuc*, *Hertandus de Haunsperch*, & *frater suus H. Tetelheim. Iacobus de Turre. Gotschalcus Notarius.*

&

& alii quam plures. Acta ſunt hec in caſtro Chappunen in die omnium ſanctxrum Anno Domini 1279.

Inſignia Ottonis de Walhen. vide Tab. IV. n. 1.

N. LIV. Pactum de mancipiis cum Eccleſia Friſingenſi. A. 1286.

Nos Enicho. D. G. Epiſc. Eccleſie Friſing. &c. Huiuis rei teſtes ſunt Domini & quidam Vaſallorum Eccleſie noſtre: *Eberhardus* (c) *frater noſter* Prepoſitus Eccleſie *S.* Andree .... Vaſalli vero *Heinricus de Wolvelſtorf*, *Heinricus de Perchaim*, *Ulricus dictus Pucher*, *Chunradus & Henricus de Puchrein Roſenpergarius* & alii quam plures.

c) Tertium hunc Enichonis Epiſcopi fratrem ignoravit Meichelbeckius Tom. II. p. 92. Enicho ortus erat ex Comitibus Silveſtribus.

N. LV. Ludovicus Dux Baioar. confirmat Rotæ jus piſcandi in Oeno. Anno 1292.

Nos Ludovicus Dei Gratia Comes Palatinus Reni Dux Bavarie notum facimus preſentium inſpectoribus univerſis, quod in remedium anime noſtre & progenitorum noſtrorum Prioriſſe & Collegio Sanctimonialium in Altenhochenau conceſſimus & concedimus, ut in alveo Eni aput cenobium ſuum ſurſum & infra, in quantum nobis aqua pro exercendis piſcationibus competit, unum piſcatorem pro uſibus ſuis habeant cum noſtris piſcatoribus concurrentem, ita tamen, ut ex conceſſione illa Monaſteria Rot & Etel dampnum non ſuſtineant, quibus per huiusmodi noſtram conceſſionem ſeu indultum noluimus preiudicium aliquod generari. Dantes has litteras noſtro ſigillo munitas in teſtimonium ſuper eo. Datum in Eberſperk anno Domini 1292.

N. LVI. Laudum inter Rotenſem Abbatem & nobiles de Hohenwart. An. 1293.

Ego *Rugerus dictus de Runtingen iudex provincialis de Chambia* profiteor & conſtare volo preſentium inſpectoribus univerſis, quod

quod cum D.m. Ven. Ch. Abbas Monaſterii in Roth ex una, & *nobiles Seifridus & Chunradus dicti de Hohenwarte* ex parte altera, in me & in *Ruelandum* dictum *de Gœtlinge* actionis queſtionem obortam inter ipſos, de quibusdam ſeldis in Gruebe ſituatis iuxta Choſſingen & Emſtem compromiſiſſent, tanquam in arbitros & compoſitores amicabiles, promittentes utrobique fide data, ſe ratum & gratum habituros, quidquid ſuper premiſſa queſtionis actione ſtatuendum decerneremus ſeu etiam ordinandum. Igitur tam ego Rugerus, quam idem Ruetlandus dictus de Götlinge cupientes, diſceptationes ſeu queſtiones eorundem complanare, & ad aliquem deducere finem, ſic ſtatuimus arbitrando, ut memoratus Dominus Chunradus Abbas Ven. in Rot locare debeat eisdem *Chunrato & Seyfrido nobilibus de Hochenwart* ſepe dictis Curiam Rotenſi Monaſterio attinentem, ſituatam in Gruebe una cum ſeldis ſupra dictis eidem curie adiacentibus, & ſtabilire pro cenſu novem ſolidorum, denariorum Ratiſpon. dandorum & exſolvendorum ab ipſis nobilibus ab inde, eidem Abbati & Monaſterio in Rot, in Feſto Nativitatis B. V. annuatim: & item in Gozzendorf duas curias, ad cenſum trium ſolid. Ratisp. den. exſolvendorum & dandorum in dicto termino ab inde ipſi Monaſterio ſimiliter annuatim locare & ſtabilire debeat pacifice poſſidendas; que in ſimul equanimiter & totaliter ad unam ſummam redacta, una etiam cum 60. denariis Ratisp. monete cenſualibus, quos iidem Conradus & Seyfridus nobiles ſepe fati annuatim de Haybichel, & in prefato termino ipſi Abbati & Monaſterio in Rot tenentur exſolvere ſine contradictione qualibet: 14. ſolidos in numero, aggregabuntur in quantitate, ſicut premiſſum eſt. Si quando ex ſolutione eorundem 14. ſolidorum contribuendorum in ſimul & dandorum ab inde annuatim ab ipſis nobilibus ſepe dictis in prenotato termino, ſive Feſto Nativitatis B. V, ſi ſe deſides aut rebellus exhibere voluerint, quo quomodo iidem nobiles Chunr. & Seyfridus ſepe dicti,

ex tunc prenotata locatio per ipsum Abbatem de Rot facta, esse debebit irrita & inanis & ad ipsius Abbatis arbitrium & collationem in Rot Monasterii omni lite quiescente spectare debebit, & finaliter revertetur. In cuius rei testimonium ego Rugerus de Runtinge presentem cedulam ipsi Domino Chunrado Ven. in Rot Abbati tradidi conservandam mei sigilli robore communitam, testibus, qui huiusmodi arbitracioni aderant, subnotatis. Dom. Otto de Rot confrater. Dom. Chunradus plebanus de Chostinge. *Rugerus & Dietricus dicti de Runtinge. Wolframus dictus de Wezescelle. Pertholdus Gœzzel. Heidenricus de Scalichdorf. Luipoldus dictus Prant.* Ulricus dictus Bekel. *Hartwicus de Rot.* & alii quam plures. Actum & datum Chostingen anno Domini 1293. 8. Id. Iulii.

N. LVII. Restauratio Capellæ S. Quirini Anno 1296.

Nos Chunradus Dei Gratia Abbas Monasterii in Rot profitemur & constare volumus cunctis harum litterarum seriem intuentibus publicantes, quod super quibusdam iuribus competentibus dilectis in Christo Dominis & Confratribus nostri Monasterii, in prediis spectantibus ad eorum oblagium questionis materiam moveremus in institutionis & destitutionis iure, quod vulgo stivet (*stifft*) dicitur: nos de hoc observato iuris ordine informati recognoscentes, & invenientes veritatem iuris de gratia, que precesserat speciali, ipsis dominis & confratribus nostris suffragari prediis in eisdem; & ad ipsos institutionis & destitutionis ius eorundem prediorum spectare debere, & liberaliter pertinere: tam iuris, quam prefatorum dominorum & confratrum nostrorum votivarum & rationabilium precum instancia inclinati, quod benigno & facili exaudiende sunt animo, cum a rationis tramite non videantur discordare; eidem & prenominate nostre questioni renunciavimus, & renunciando cedimus, & cessimus absolute pro nobis & successoribus nostris, nullam deinceps volentes actionis

que-

queſtionem emergi poſſe ſepe dictis confratribus noſtris, aut alicuius calumpnie materiam ſuboriri tam a nobis quam a ſucceſſoribus noſtris, ſed ad uſus oblagii fratrum prenotatorum anteſatum inſtitutionis & deſtitutionis ius deinceps & de cetero volumus irrevocabiliter applicari... Item nos recognoſcentes animadverſione debita, prenominatis Dominis & confratribus noſtris, in quibusdam iuribus cuiusdam predii ſituati in Erbinge, & a Domina *Gertrude ab Inde* dicta ſimiliter ad oblagium fratrum in anime ſue remedium liberaliter delegato, derogaſſe, cui derogacioni omnique preiudicio ipſis emerſo per nos, & in eodem predio generato ſimiliter renuntiavimus & renuntiamus, cedimus & ceſſimus abſolute pro nobis ac ſucceſſoribus noſtris preſentium tenore; nullum etiam deinceps emergi volentes per nos & ſucceſſores noſtros ipſis noſtris confratribus antedictis in eodem predio materiam queſtionis, ſed ad uſus oblagii cum omnibus ſuis attinentiis & tam inſtitutionis quam in deſtitutionis, iure utpote certa predia ſepe fatorum confratrum noſtrorum ſpectare debere volumus, & liberaliter pertinere. Sed quia gratiarum actio eſt precepti beneficii recognitio, prenominati fratres, & Conventus ad noſtre requiſitionis inſtantiam verſa vice ad Capellam in anteriori Monaſterio erectam per nos & in honore S. Quirini M. dedicatam, tres ſolidos Den. Monac. de eodem in Erbinge predio prenotato & ſpectante ad ipſorum oblagium ſanctis eiusdem Capelle annuatim pro lumine impendendo, in laudem & gloriam nominis illius, cui iugiter famulantur omnia, perpetuo redigi curaverunt. In cuius rei teſtimonium & pleni roboris firmitatem, ne alicuius litigancium impeticio ſeu impulſatio ſucceſſorum noſtrorum ſepe dictam noſtre admiſſionis, recognitionis ac renuntiationis gratiam boni factam per nos & tam favorabiliter, tamque liberaliter exhibitam & impenſam ſepe dictis dominis & confratribus noſtris infirmare valeat;

sed potius erigere roborando, presentem cedulam de unanimi consensu nostri Conventus conscribi iussimus in preambulorum omnium & prenotatorum quorumlibet firmitatem nostrorum sigillorum munimine roboratam. Actum & datum anno Domini Mill. ducentesimo nonagesimo sexto in die B. Agnetis.

Num. LVIII. Anno 1296.

Ego *Gebhardus de Welwen* tenore presencium profiteor quod Abbas & Conventus in Rot. curiam in Wisenswank ... mihi tenendam, pro vite mee temporibus ita locaverint .... & locatio huiusmodi ... ad nullum heredum meorum derivabitur, preterquam *ad Ottonem filium meum* ... In premissorum evidens testimonium ... trado hanc litteram mei sigilli munimine consignatam. Actum in Rot anno Dom. 1206. 4. Kal. Mart.

Insignia Gebhardi de Velwa vid. Tab. II.

Num. LIX. Heinricus de Ror vendit Rotæ curiam Hundhof. Anno 1298.

Ad rei memoriam sempiternam. *Ego Hainricus ministerialis de Ror* nec non Castellanus in Aufhausen profiteor & constare volo presentium inspectoribus universis, quod pro equis, armis & aliis neccessariis defendendis in expeditionem incliti Domini mei Ottonis illustrissimi comitis Palatini Reni Ducisque Bavarie, cum exercitu armatorum in auxilium Serenissimo Romanorum Regi Adolfo & semper Augusto - cis Renum properanti, redimendum dedi Reverendo in Christo Patri ac Domino, Conrado venerabili Abbati Rotensi *Comitique de Eschenloh*, *meo utique consanguineo* & amico, curiam, dats dem Hunt gnant, cum omnibus attinentiis suis cultis & incultis quesitis pariter & inquirendis pro triginta talentis Ratisponensibus minus dimidio, sibi suisque successoribus & Rotensi Monasterio in perpetuum profuturam. Ad quod & uxor mea

Eli-

Elizabeth cui feodalitas in ipſa curia competebat, voluntatem adhibuit & conſenſum. Inſuper, ut ipſa res perduret ſtabilior & in ſtatu ſemper incolumi perſeveret, preſentem cedulam ſubſcriptis teſtibus & ſigillorum videlicet dicti Domini mei Ducis & *perſonalis* firmiter munimine roboratam ſibi tradidi in teſtimonium & cautelam. Huius rei teſtes ſunt Hainricus profeſſus in Eberſperch quondam plebanus in Pfæffing. *Otto Chretzel.* Otto Senior Prepoſitus in Pevrſperch. *Ulricus Steinperger. Hainricus Camerarius de Chi.heim.* Et plures alii fide digni. Actum Anno ab Incarn. Domini MCCLXXXXVIII. Dat. IX. Kal. April. in vigilia annuntiationis ſancte Marie Virginis glorioſe.

Inſignia Heinrici de Ror vide tab. II.

N. LX. Pactum de mancipio. Anno 1297.

Ne quod factum eſt inane & irritum videatur, nos Dei gratia Ch. Abbas eccleſie Rotenſis totusque conventus eccleſie eiusdem notum facimus univerſis & ſingulis hanc paginam inſpecturis, quod nos Leutoldum ſitum quontam ſub caſtro cum uxore & liberis, quem Dominus *Gebehardus* dictus *de Schonſteten* ſub iure feudali pro tempore vite ſue a nobis ſuſceperat, ipſo Domino *Gebehardo* decedente in noſtram traximus poteſtatem ſub tali firmo propoſito noſtro, & Conventus, quod ipſum una cum uxore & liberis nulli amplius in feudum conferemus, niſi validiore iure, quod ignoramus, a tali propoſito promoveamur. Et ut id inconcuſſum & inviolabiter conſervetur, hanc paginam de hoc ſciptam duximus noſtrorum ſigillorum appenſione & munimine roborari. Dat. & Act. Anno Domini 1297. in die ſancti Pantaleonis.

N. LXI. Formula teſtamenti, quo Rotenſibus Legatum eſt vinum. Anno 1299.

Anno Domini 1299. indict. 12. die mercurii. 18. intrante Martio Bozeni in *quota olim dominorum de Wenga* in domo teſta-

toris infra scripti in presentia Domini Alberti vice plebani in Bozano, Domini Petri & Domini Erhardi sacerdotum, Ulrici Villici de sancta Afra, Pertoldi Clausneri in Pozamo. Chunzelini dicti Schonaugle filii Iacobi olei mensuratoris in Bozamo, Hainrici Chobellini Muratoris in Bozano: Ottonis generi domine Alchaidis dicte Oswaldin in Pozomo, Bertholdi de sancta Iustina servitoris dicti villici de sancta Afra, & Hainrici dicti Vinschober in Pozamo & aliorum testium rogatorum. Ibique Nicolaus murator iacens in lecto valide debitis, tamen per gratiam domini nostri Iesu Christi sane mentis & bone intelligentie, timens Dei iudicium, & recordans humanam naturam fragilem & cito labentem, & ideo inter cetera legata, & ordinamenta, que fecit & disposuit tale fecit testamentum eius anime ob salutem ore proprio sic dicens & affirmans. Ego lego, iudico, ordino ac dispono dominis canonicis de Rota dari hoc primo anno scilicet de primo usufructu de mea parte quatuor urnas vini seu musti, & deinde singulis annis in perpetuum duas urnas vini, & ipsum vinum eis facio & dispono dari ex bonis ad sanctum Iohannem, que habeo, & colo a predictis Dominis Canonicis, & Conventu de Rota per meos heredes & proheredes in perpetuum. Sed si heredes & proheredes mei taliter prenotatis dominis Canonicis antedictum vinum, ut prescriptum est, omni anno non dederint perpetualiter, volo iubeo ac dispono, quod Dominus Reverendus Abbas de Rota vel predicti Canonici aut sui Successores plenam autoritatem habere debeant, prefatos meos heredes & proheredes impignorandi & compellendi ad faciendum eis ius coram quolibet iudice annuatim tociens quotiens eis dare neglexerint vinum prenominatum. Et hoc itaque inter alia mea legata & ordinamenta dico, volo, statuo, ordino, iubes ac dispono esse meum ultimum testamentum & meam ultimam voluntatem, & si non valeat iure testamenti vel testamentarii, valeat nomine donationis inter vivos

vel

vel causa mortis, aut quacunque via ultima voluntas melius valere potuerit, plenam roboris obtineat firmitatem. Ego Iacobus de Bozamo sacri Palacii Notarius interfui rogatus & scripsi.

N. LXII. Anno 1300.

Ich *Wolfker von Klainstain* tun kunt &c. &c. darum lege ich mein Insigel an den prief im namen Gottes des Vatters, des Suns und des heiligen Geists. Dez sint gezeugen .... Herr *Gotfried und sein Sun Herr Gotfried von Chazpach, Herr Nikla der Rordorfer, Herr Perthold der Freu von Pæng, Herr Wolfker des Klainstainers Sun, Hartwich von Erbingen &c.* Datz ist geschehen do von unsers Herrn Gepurt waren 1300.

N. LXIII. Anno 1306.

Wür von Gotts Gnaden Iohanns Abbt ze Rot &c. Des sind gezeugen *Friederich von Schalichdorf, Chunrad und Ulrich von Erbinge.* Anno 1306.

N. LXIV. Laudum inter Reicherspergenses & Rothenses de mancipiis & pratis Anno 1309.

In nomine Domini Amen. Anno Comini 1309. Indict. 7. in prima vespera beati Viti Martiris, Nos Gotschcalus Dei gratia Prepositus & Archidiaconus Ecclesie Chiemensis & *Hainricus de Chirchsteig* Can. Ecclesie Matticensis, nec non Plebanus in Celle & Magister Oll de Prien, *Vlricus Chrezelius, D. Iohan & Ortolfus dictus Zaizringen*, Arbitri electi concorditer a legitimis & veris procuratoribus Ecclesie Richensperg, & Ecclesie in Rot, habentibus etiam ad hoc speciale mandatum super tribus capitulis, que Conventus & Prepositus Reichenspergensis coram sancte Salzburgensis Ecclesie Venerabili Decano videlicet Domino *Wich:* auctoritate sedis Apostolice in iure preponere intendebant super his tribus capitulis subnotatis, sententiam arbitrii legitime, & sine

omni

omni pravitate, voce unanimi tanquam veri arbitri arbitrando pronunciamus sub hac forma: super primo videlicet capitulo, quod omnes homines utriusque sexus tam Ecclesie Rotensis, quam Ecclesie Reichenspergensis matrimonialiter invicem contrahere possint, & debeant, nullam propter hoc a suis Dominis & Ecclesiis penam, molestiam vel inhibitionem quamlibet habituri, ita tamen, quod predicte Ecclesie in pueris suorum hominum ita contrahentium debeant facere divisionem & adoptionem equalem nullo colore siniſtro vel fraude penitus mediante. Super secundo capitulo videlicet quod pratum unum situm prope Herfurt, quod est Ecclesie Rotensis, eque longum & eque latum pro prato, quod est situm in medio istius prati, quod Pvvliez dicitur, quod est Ecclesie Reichenspergensis, Ecclesia Rotensis Ecclesie Reichenspergensi in via permutationis & concambii ex nunc debeat elargire. Super tertio & ultimo capitulo, videlicet super una quadam communi pascua, ut dicebatur tam Ecclesie Reichensperg tam Ecclesie Rotensi nos videntes, examinato negatio pro possibilitate nostra, Ecclesiam Reichenspergensem nullo titulo habere ius in tali pascua, super quam etiam Ecclesiam Rotensem iam multis annis occupavit: Ecclesiam Rotensem communi nostro voto, auctoritate nobis tradita per legitimos & veros procuratores utriusque Ecclesie, & iudicium a sede apostolica ad has causas delegatum, absovimus ut debebamus, ab impeticione Ecclesie Reichenspergensis Ecclesie Rotensi facta, vel facienda super hac pascua; Reichenspergensi Ecclesie super hac inpeticiene perpetuum silentium imponentes. Et ut hoc nostrum arbitrium legitime latum, firmum, & inconcussum perseveret, ipsum volumus esse vallatum pena, quam instrumenta arbitrii representant, & in maiorem certitudinem, nostrum volumus arbitrium sigillo utriusque Ecclesie tam Rotensis quam Reichenspergensis, nec non sigillo Domini Gotschalci Prepositi & Archidiaconi Chimensis, nostri coarbitri, roborari.

Num.

N. LXV. Pactum de mancipiis Anno 1312.

Ich *Hainrich der Hellffendorfer* vergich an dem brief und tun kund allen, di in leſen, und leſen hörent, das ich mit Gunſt meiner Erben tailt han mit meinem Gottshaus ze Rot Winharts und Getrauten Kint, di ich von demſelben Gottshaus ze lehen han. Derſelben Kint ſint dreu dem Gottshaus gefallen ain Mechtild, ain Fridrich, und ain Chunrat. Mir und meinen Erben, di vieri, Gnänet, Winhart und Gertrut, noch ain Kint, das iſt des Gottshaus. Und ſwas geſchlechts heurat zu dem Gottshaus, das iſt meiner, und meiner Erben Gunſt. Wir ſollm auch woll gunen, ſwas derſelben leut in dem Gottshaus heurat, und ſullen auch Vatter und Muetter nit irren, mit ſwem ſie geheuratten in des Gottshaus gewalt an geuer, und ſwas noch von demſelben geſchlecht kunftig iſt, das ſoll gleich tailt werden. Das der geſchefft bebleibe zwiſchen dem Gottshaus ze Rot, und meinen Erben, darum gib ich den brief meiner Herrſchaft datz Rot veſigelten mit meines freunds Inſigl Haidenreichs (d) des Richters von Clingenſperg, wann ich ſelb kain Inſigl het. Der brief iſt geben, do von Chriſtes geburt waren 1312.

(d Heidenreichius hic ortus erat ex gente nobili Schalldorfferorum ut quidem ex ſigillo patet vid. Inſignia Tab. II.

N. LXVI. Anno 1312.

Ich *Ulrich der Chrætzel von Lohen* vergieh, daſs ich mit gunſt und willen Hiltrauten meiner Hausfrauen ... &c. Actum Anno Domini 1312. an S. Agnes Tag.

N. LXVII. Delegatio debiti ſuper ſtura Cœnobii. Anno 1312.

Ich *Rudolf von Hæſlang* der Viztum vergich an diſen brief, das er um die 700. Pf. und dan 41. Pf. münchner Pfen. der min *Herr, Herren Seifriden von Frauenberg* für ſich und für ſein diener und für Hern *Alharden von Wildenwart* ſchuldig iſt, alſo tädingt iſt,

das er der einen solt nu von der Herbst steur, di schirist kombt, von des Gottshaus leuten ze Rot 50. Pf. münch. Pfen. und darnach zu der nächsten Mayensteur 50.; als er der Summe 100. Pf. bei dem ersten gewert wird: so soll der vorgenant *Alhart der Wildenwarter* an seinenm gelt der 141. Pf. einnemen zu zwei steiren 100. Pf. darnach als er der gewer wird, so soll dan der vorgenant *Seifrid von Frauenberg* wider ainsteen, und soll die nacheinander einemmen von den vorgenanten Gottshaus leuten das ihm des vorgenanten gelts ausligt: und so der gar gewer wird, alles seines gelts, so soll dan der vorgenant Alhart von Wildenwart wider ainsteen, und soll die 51. Pf. Pfen. die man Im yber die 100. Pf. sol, als vor stet, von des vorgenanten Gottshaus leuten einnemmen. Doch soll mein vorgenanter Herr kain Püt noch gmain hilff an des vorgnant Gottshaus ze Rot und sein leut von nu sand Iorgen Tag über 3. iar mueten, dan die steur und hilfft als vor geschriben stet. &c. Des zu Urkunt so geben ze Wazzerburch die lunæ post palmas Anno 1312.

N. LXVIII. Absolutio Pillerseensium ab accusatione homicidii. Anno 1312.

Wür Mechtild von Gottes gnaden Pfalzgräfin bei dem Rein und Herzogin in Bairn entbieten allen vnseren edlen Leuten, Ambtleuten und dienern swi si genant sind, vnser huld und alles guets. Wür tun kunt, das die Leut von Pillersee Vns geweist haben, das sie an dem todtschlag, der geschehen ist an Philippen Norhoven unseren Richter ze Kizbühl, unschuldig seien und wären, und auch desselben todtschlag si ledig sagen mit disen brief (an die zwen, die den schaden täten mit der hand) davon gebüetten wir nu, das ir in kain lait darumb tuet, und si fürbas nit beschwärt, wan si desselben Philipp unsers Richters Hausfrau und ir Kint auch des geweist haben, das si unschuldig

sint,

ſint, und waren. Der brief iſt geben ze dem Grünwaldt, da man von Chriſtes geburt zalt 1312. an dem Sontag vor ſand Laurenzen.

N. LXIX. Idem. An. 1312.

